Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0002-6

1788,7

DISSERTATIO
INAUGURALIS JURIDICA

DE

# JURE ET ORDINE

SUCCEDENDI COLLATERALIUM
IN FEUDIS ET BONIS STEMMATICIS
ADMISSA DIVISIONE

EX

JURIS GERMANICI ANTIQUIORIS INTER
FAMILIAS GERMANIÆ ILLUSTRES VERO
AD HANC USQUE DIEM OBTINENTIS
PRINCIPIIS,

QUAM

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR
OTTO AUGUSTUS HENR.
OELRICHS.
HANNOVERANUS.

HANNOVERÆ
TYPIS JOANNIS THOMASII LAMMINGER.
MDCCLXXXIIX,

P. 327.
KÖNFRIED UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0003-2

# VIRO PERILLUSTRI
GENERE, AUCTORITATE,
MUNERE, ERUDITIONE,
CONSPICUO,
GENTIS NOSTRÆ SENIORI,

# D. JO. CAR. CONR. OELRICHS,

COMITI CÆSAREO PALATINO.
SERENISSIMORUM S. R. I. PRINCIPUM DUCIS
BIPONT. ET MARCH. BADENS. CONSILIARIO LEGATIONUM INTIMO ATQUE IN AULA REGIA BORUSS
ORATORI ORDINARIO, VARIIS SCIENTIARUM
SOCIETATIBUS ADSCRIPTO

LIBELLUM HUNC
MAXIMÆ REVERENTIÆ
PIETATISQUE PIGNUS
SACRUM ESSE VULT.

AUCTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0005-3

# CONSPECTUS LIBELLI.

CAP. I. De fundamento ſucceſſionis Germanicæ tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis.

I. Generatim exponitur fundamentum Succeſſionis Germanicæ

A) Politicum, conſervatio ſplendoris familiæ §. 1.

B) Juridicum, condominium in ſolidum, cuius expenditur

1) Notio §. 2.

2) Convenientia cum jure naturæ §. 3.

II. Speciatim exponitur condominium in ſolidum ceu fundamentum juridicum ſucceſſionis Germanicæ,

A) Feudalis

1) reſpectu liberorum §. 4. ratione quorum tamen adhuc aliud adeſt fundamentum ſucceſſionis nempe jus ſanguinis §. 5.

2) reſpectu fratrum & reliquorum collateralium §. 6. 7.

III. Oſtenditur condominium hoc in ſolidum, qua ratione

A) acquiratur §. 9.

B) conſervetur & tollatur §. 10.

CAP. II. De ordine ſuccedendi in feudis ac bonis ſtemmaticis ex genuinis juris Germanici principiis lineari.

I. Generatim determinatur indoles ſucceſſionis linearis ex natura condominii in ſolidum §. 11. idque

II. Speciatim

A) applicatur ſucceſſioni Germanicæ §. 12.

B) oſtenditur differentia juris Romani ejusque ratio exponitur §. 13.

III. Ordo ſuccedendi linearis, nulla habita condominii in ſolidum ratione, firmatur

A) argumento ex natura

1) feudorum §. 14.

2) bonorum ſtemmaticorum petito §. 15. ejuſque

3) natura ac indoles fuſius exponitur §. 16.

4) diſcrepantia juris Romani ejuſque rationes expenduntur §. 17.

B) Argumentis ex re hiſtorica deſumtis, ita ut

1) textus feudalis II F. 50. §. 18.

2) alia locorum & provinciarum Statuta exponantur §. 19. 20.

C) Teſtimoniis Ictorum §. 21.

IV. Adverſariorum argumenta proponuntur & refelluntur §. 22, 23, 24.

V. Exponuntur denique pacta & exempla

1) quibus linearis ſuccedendi ratio obtinuit §. 25.

2) quibus gradualem, favente juris Romani auctoritate, ſequutæ ſunt familiæ illuſtres.

---

Homi-

Hominum in Societates coeuntium mores, conſuetutines ac inſtituta inueſtigare, ac a primis eorum initiis ceu incunabulis eo vſque perſequi, donec hae Societates ſtabilitæ legibuſque ordinatæ ciuitatum rerumpublicarumue nomen induerint, nec ibi conſiſtere, ſed potius varias viciſſitudnes, quas mores, conſuetudines ac inſtituta iſta ad noſtram vſque ætatem ſubierunt, contemplari ac defixa mente intueri, ſummum affert emolumentum tum penitius cognoſcendæ naturæ humanæ, tum potiſſimum dijudicandis juribus circa inſtituta iſta noſtris temporibus obtinentibns. Patrios noſcere mores atque conſuedutines, quodſi vnquam vtile immo neceſſarium eſt ad dijudicanda jura circa inſtituta, quæ a majoribus noſtris tradita accepimus, hodie obtinentia, tum potiſſimum id contingit in dignoſcendis juribus circa ſucceſſionem Germanicam tam in feudis quam in bo-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0011-6

nis ſtemmaticis. Quod quidem eo verius, quo certius eſt, Sæc. XIII ac XIV in dies creſcentem jurium peregrinorum auctoritatem in hoc argumento omnia turbaſſe. Hujus enim aeui Icti jurium peregrinorum principiis præſertim in Academia Bononienſi imbuti, patria jura patriis inſtitutis vel maxime conſentanea aris fociſque domeſticis expellere, ac in eorum locum jura peregrina patriis inſtitutis haud conuenientia, tamquam ſapientiam diuinitus traditam ſubſtituere ſtuduerunt. Quæ cum ita ſint in pertractando argumento noſtro toti in eorimus defixi, vt perſcrutemur vetera monumenta hiſtorica, ac ex iis ea depromamus, quæ faciunt ad fidem conciliandam propoſitioni, quam probare nobis deſumſimus.

## CAPUT I.

### De fundamento ſucceſſionis Germanicæ tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis.

§. 1.

Succeſſionis Germanicæ, vt mihi quidem videtur, duplex eſt fundamentum, politicum

alterum

alterum ſeu quod continet rationem juris conſtituti vel conſuetudinis introductæ, alterum juridicum ſeu quod continet cauſam vel titulum, vernacula den Rechtsgrund, juris ſuccedendi alicui competentis. Excluſio mulierum a ſucceſſione tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis innititur fundamento politico, quod vſque ad Sæc. XII. latebat in obligatione ad præſtanda ſervitia militaria in heribanno, qua quiſque rei immobilis poſſeſſor obſtringebatur a). Mulieres enim cum ad præſtanda ſeruitia militaria haud eſſent aptæ, vel maxime congruum videbatur eas a poſſeſſione bonorum immobilium, quibus obligatio ad præſtanda ea inhærebat, arcere. Quam ob cauſam eas jam antiquiſſimis temporibus a ſucceſſione in allodiis excluſas fuiſſe animaduertimus b). Obligatio autem

a) Capitulare Caroli M. de anno 807. ap. Georgiſch pag. 731.) de anno 812. (ap. Georgiſch pag. 759) Vide Ill. Pütteri Hiſtoriſche Entwickelung part. I. p. 71.

b) Lex ſalica tit. 62. §. 6. (ap. Georgiſch p. 124.) Lex Ripuariorum tit. 56. §. 4. (ibidem pag. 167.) Lex Angliorum & Werinorum tit. 6. §. 1. (ibi-

autem hæc ad præſtanda ſeruitia militaria allodiis inhærens cum ſub Caroli M. ſucceſſoribus in dies laxior fieret, ita vt Sæc. XII. penitus fere exoleſceret, nec proinde ratio adeſſe videretur, quæ excluſionem mulierum a ſucceſſione in allodiis ſuaderet, immo hæc potius iuri Romano, cujus auctoritas illis temporibus paulatim ingraueſcebat, aduerſaretur, præterea autem a hujus æui Theologis tanquam impia conſuetudo condemnaretur c), mulieres ſenſim ad ſucceſſionem in allodiis admittebantur. At nobiles cum animaduerterent nouum hunc ſuccedendi modum parum inſeruire conſeruationi ſplendoris familiæ, qui hoc æuo, quo nomina gentilitia orta eſſe ſcimus d), cordi eis eſſe coepit,

(ibidem p. 448.) Marculfi formulæ lib. 2. cap. 12. C. W. M. de Bode de ſucceſſione Gentilitia vulgo der Stammsfolge ratione principatuum, comitatuum & dynaſtiarum I. R. G. ex regula obtinente, ac de effectibus ejuſdem eminentioribus cap. 1. Gott. 1750.

c) Marculfi Formulæ lib. 2. cap. 12.

d) Pütteri Handbuch der teutſchen Reichs Hiſtorie Th. 1. pag. 24. ſeq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0014-3

coepit, cui fini obtinendo vetus ſuccedendi ratio mirum in modum conueniebat, huic potiſſimum inhærere ſtudebant. Vi autonomiæ igitur inter familias illuſtres per Germaniam obtinentis tum teſtamentis tunc pactis varie de veteri ſuccedendi natione reſtauranda diſponebatur; imprimis vero renuntiationes filiarum huic æuo originem debent e). Ex quibus apparet poſt Sæc. XII. ſucceſſionem Germanicam ac in ſpecie excluſionem mulierum conſeruationi ſplendoris familiæ tamquam fundamento ſuo politico inniti.

## §. 2.

Suceſſionis Germanicæ fundamentum juridicum ſ quod continet titulum ſ. cauſam vulgo den Rechtsgrund iuris ſuccedendi in feudis ac bonis ſtemmaticis alicui competentis, eſt condominium in ſolidum, quod pacto et prouidentia primi acquirentis tum feudi tum prædii ſtemmatici omnibus ejus deſcendentibus acquiſitum eſt.

Con-

e) Pütteri Hiſtoriſche Entwickelung Th. I. pag. 182. Ejuſdem Primæ lineæ juris priuati Principum §. 20.

Condominium in ſolidum vero eſt dominium pluribus in vna eademque re competens, quod per totam rem ſe exſerit, ac cujus exercitium non niſi reliquorum condominorum concurſu reſtringitur. f) Hoc tum demum adeſt, cum nulli condominorum quacunque ratione de re communi diſponere licet nequidem de parte ejus indiuiſa, niſi conſentientibus reliquis ſociis condominis. Differt ergo a condominio ſimplici, quod eſt dominium pluribus in parte indiuiſa rei communis competens. Hoc & inuitis reliquis condominis alienari nec vlla ratione jus ſuccedendi tribuere poteſt, cum non per totam rem ſe exſerat, ſed potius intra partem indiuiſam rei communis ſe contineat.

## §. 3.

Succeſſio ex condominio in ſolidum ipſius juris naturalis principiis, quod alias, ex vnanimi fere omnium Jurisprudentiæ naturalis Doctorum conſenſu g) nec teſtamentariam nec ab inteſta-

f) Meurer von der Succeſſion in Lehn und Stammgütern. Erſt. Stück. B. I. Hauptſt. I. §. 7.

g) Federi Grundlehren zur Kenntniſs des menſchlichen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0016-4

inteſtato Succeſſionem vllam agnoſcit, conuenire mihi videtur. h) Fingas enim tibi quæſo duo pluresue homines in ſtatu naturali degentes, qui terræ aliquod ſpatium eo fine occupant, vt junctis viribus ac ſociata opera illud colant, fructusque quæſitos in communem quoque vtilitatem percipiant, horum ſi vnus alterue improlis rebus humanis decederet, nulli ſane extraneo quamuis defuncto ſanguine junctus eſſet, jus, quod defuncto reſpectu rei communis competebat, tamquam vacuum occupare liceret, ſed reliquis id potius cederet ſociis condominis. Hi enim prædium commune ſociata ipſorum opera cultum vi occupationis anterioris poſſident, quæ quidem poſſeſſio illis inuitis nulla ratione nec in totum nec pro parte eripi vel minui poteſt. At ſi liberos defunctus reliquiſſet, qui vna cum patre in compoſſeſſione prædii communis fuiſſent,

lichen Willens. Natur-Reeht pag. 57. Höpfneri Natur-Recht §. 107 & 108.

h) Mihi aſſentiunt Viri doctiſſimi Chriſt. Henr. de Seokenberg in Diſquiſitione Academica de Succeſſione ſiliarum in reghes & principatibus cap. 1. & 2. Meurer l. c. §. 18. coroll. & §. 20.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0017-0

ſent, ejusque culturæ vna cum cæteris ſociis condominis operam ſuam impendiſſent, in hos ſane deuolueretur jus defuncti. Poſſident enim prædium commune perinde ac reliqui ſocii condomini; qua quidem poſſeſſione, cum ea haud injuſte quæſita ſit, absque injuria ab his expelli nequeunt. Nec quoque vlli condominorum licet jus ipſi reſpectu rei communis competens pacto in extraneum transferre absque reliquorum conſeuſu. Horum enim vel maxime intereſt ne tales in communionem recipiantur, quorum mores vel vitæ ratio eam turbare poſſint.

Quodſi vero quis horum condominorum conſentientibus cæterispartem aliquam fundi communis ſepe cingeret, ejusque proprietatem ac poſſeſſionem ſibi peculiariter vindicaret, communionem igitur iſtam derelinqueret, hic ſi luce hac migraret, ejus partem, cum a reliquo fundo ea ſeparata ſit ac potius totum aliquod conſtituat per ſe conſiſtens, cuilibet extraneo tamquam derelictam vindicare liceret, niſi defuncti proles ſit in poſſeſſione ejus. Nec inuicem is, qui communionem iſtam dereliquit, aliquod jus præcipuum ſibi vindicare poteſt reſpectu fundi

com

communis, quamuis reliqui condomini omnes diem obierint ſupremum. i) Ex iis quæ hactenus expoſuimus recte colligitur, ſucceſſionem ex condomino in ſolidum conuenire juris naturalis principiis, imo eandem eſſe fontem omnis ſucceſſionis, ex qua reliquæ ejus ſpecies omnes promanauere, quamuis quælibet poſtea peculiarem ſibi naturam ac indolem induerit. Liberi enim, vt vnum modo afferam exemplum, cum plerumque in poſſeſſione vnius ejusdemque fundi cum parentibus deprehenderentur, ac ſic, his defunctis, communi opera cultus fundus illis cederet, ſenſim paulatimque euenire potuit, vt inde ſucceſſio quædam ab inteſtato oriretur, ac liberis fundus paternus vindicaretur,

i) Quisque facile intelliget, condominium in ſolidum, cujus nos delineauimus naturam, multum diſtare ab eo, quod Vir eruditione clariſſimus Frid. Chriſt. Jonathan Fiſcher ex primæua hominum communione deriuare conatur in dem Verſuche einer Geſchichte der teutſchen Erbfolge, a capite vſque ad calcem libri.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0019-5

tur, quamuis tempore mortis parentum, haud in compoſſeſſione ejus fuerint k).

§. 4.

Condominium autem tale in ſolidum, quale liberis in ſtatu naturali competit in bonis, quæ vna cum parentibus poſſident coluntque, recte tribuitur jure Germanico liberis ac reliquis a primo acquirente deſcendentibus in feudis ac bonis ſtemmaticis. Feuda ea lege concedi ſolent, vt dominium vtile penes primi acquirentis deſcendentes in infinitum maneat. His omnibus igitur pacto & prouidentia primi acquirentis jus ita firmum in feudo acquiſitum eſt, vt optime condominii in ſolidum vocabulo deſignetur. Filii plane non tenentur agnoſcere diſpoſitionem paternam de feudo antiquo, iis inuitis, quamuis conſentiente domino directo factam l), vel obligationes a patre reſpectu feudi

k) Simile aliquid deprehenditur in §. 3. I, de hered. quæ ab inteſtato deferuntur — Et ſtatim morte parentis quaſi continuatur dominium &ct

l) Jus Feud. Aleman. cap. 36. cap. 70. §. 4. J. F. S. Art. 33. & 58. ex Editione Senkenbergii in Corpore juris feudalis.

feudi contractas m). Nec feudum filiis ab feloniam a patre commiſſam a domino directo adimi poteſt n). Ex innumeris quoque medii æui Diplomatibus apparet, patri, absque liberorum conſenſu, haud licuiſſe feudum in totum vel pro parte alienare.

## §. 5.

Condominium hoc verum quidem attamen non vnicum eſt fundamentum ſucceſſionis liberorum. Præter hoc enim jus feudale Germanicum aliud adhuc agnoſcit, ſcilicet jus ſanguinis, quod tamen reſpectu collateralium penitus ceſſat. Nemo enim niſi pater in filium feudum hereditario jure transfert o). Hoc & teſtatur Henricus de Seguſio Cardinalis Oſtienſis p), dum affirmat. "De conſuetudine Imperii, non "ſuccedit niſi filius deſcendens, immo reuerti-



m) I. F. A. cap. 55.

n) I. F. A. cap. 16. §. 6. cap. 61. §. 10.

o) I. F. S. Art. 21. I. F. A. cap. 18. §. 2. Es erbet niemand nicht ein Lehen denn der Vater auf den Sohn.

p) Summæ de feudis lib. 3. nro. 7.

"tur feudum ad Imperatorem, & ipſe confert "cui vult. Sic vidi, quando fui in Aleman-"nia q), per Proceres judicari." Quocum conſpirat teſtimonium Alberti de Roſate r). „De "conſuetudine Almaniæ non ſuccedunt colla-"terales, ſed deficiente filio, feudum reuertitur "ad dominum, qui confert, cui vult;" quod confirmatur Diplomate Caroli IV. Imp. de anno 1372. Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis queſtus erat apud Imperatorem, ſæpe accidere, vt feuda vaſalli eccleſiæ Colonienſis absque prole relicta defuncti, ab ejus agnatis jure hereditario occuparentur. Reſpondit Imperator. "Nos itaque — ad omnem dubietatis "ſcrupulum in talibus ex nunc in antea tollen-"dum e medio — animo deliberato — ſano "principum, comitum, baronum, & proce-"rum,

q) Junckeri Geographia medii æui, part. 2. cap. 3. p. m. 156. "nota quod partes viciniores Ita-"licis, ſicut ſunt Bavaria Suevia, dictæ fuerint "Alemannia, & homines dicebantur Aleman-"ni."

r) In Dictionario verbo feudum verſ. an feudum poſſit alienari.

"rum, noſtrorum & Sacri Imperii fidelium
"communicato conſilio de certa ſcientia — de-
"cernimus — quod, decedentibus vaſallis,
"nobilibus, caſtrenſibus, & ſubditis quibus-
"cunque, legitimis heredibus maſculis, de ſuis
"procreatis corporibus non relictis, quorum
"bona ab Archiepiſcopo & eccleſia in feudum
"dependerunt, uniuerſa & ſingula bona ejus-
"modi — ad dictum Archiepiſcopum & Colo-
"nienſem eccleſiam ipſo facto devoluta eſſe — &
"de jure ac legitime pertinere debeant — abs-
"que cognitione, ſententiatione ſeu deciſione
"alterius juris, terrarum conſuetudine &c. f)."
Filii igitur patri in feudo ſuccedebant, quam-
uis cum eo in naturali feudi compoſſeſſione
haud remanſerint, & communionem dereliquerint; quod ſecus ſe habet in ſucceſſione collateralium.

## §. 6.

Fratrum vero ac reliquorum collateralium a primo acquirente deſcendentium jure Ger-



f) Senkenberg corpus juris feudalis pag. 810. Edit. nouiſ.

manico nulla erat ex jure Sanguinis in feudis ſucceſſio. Vnicum fundamentum cui eorum Succeſſio innitebatur erat condominium in ſolidum, cujus §. 2. & 3. delineauimus naturam. Peruetuſto enim Germaniæ more, ſæpiſſime contingere ſolebat, vt plures fratres tamquam condomini in ſolidum conjunctim poſſiderent bona, quæ vel viuo patre vna cum ipſo tamquam condomini paternæ ſubſtantiæ poſſederant, vel eo defuncto jure hereditario in ipſos devoluta erant, ita vt vno fratrum condominorum defuncto, communio cum liberis ejus continuaretur, vel improlis defuncti pars ſuperſtitibus accreſceret. In quo quidem argumento mores majorum mirum in modum juris naturalis principiis conueniunt. At nec fratres ſolum & reliqui collaterales ex condominio in ſolidum ſuccedebant, ſed extranei quoque ex eodem fundamento ſuccedere ſolebant, quoties communione recepti ac eo ipſo condominium in ſolidum nacti erant. Hoc autem condominio in ſolidum, hac communione ſublata, nulla ſucceſſio neque fratrum neque collateralium neque extraneorum. Iura noſtra

feu-

feudalia medii æui omnia in eo conueniunt, vt condominium in ſolidum ſ. communionem vnicum fundamentum ſucceſſionis tum fratrum ac reliquorum collateralium tum extraneorum agnoſcant. Jus Cæſareum t), inquit. "Ein
"jeglich man ſoll wiſſen, der gut hat zu le-
"hen, hat er es getheilt von ſeinem bruder
"nach des Kayſers Rechte, oder von andren
"Leuten, die ſeine gemeinere waren, daſz
"er ſein gut niemand mag geben ohne des Kay-
"ſers Hand, ſint in des Reiches Rechte ſteht ge-
"ſchrieben, das getheilte lehen ſoll zu dem
"reiche fallen." Nec non alio loco. u). "Wo
"zween Brüder ſint, die Lehen mit einander
"haben, und es benöthiget den einen, daſz
"er ſein Lehen verkaufen muſſ einem fremden
"mann, der ſoll wiſſen, ob der bruder ſtirbt,
"der ſein lehen nicht verkauft, ohne Lehens-
"Erben (das ſeind Kinder die von ihm geboh-
"ren worden) daſz das Lehen fällt auf den,

 "der

t) Lib. 3. cap. 25.

u) Lib. 3. cap. 31. Quocum conſpirat I. F. A. cap. 37. §. 1-3. Vetus Auctor de Beneficiis lib. 1. §. 83. & 84. I. F. S. Art. 34.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0025-4

"der ſich in das Lehen gekauft hat, nicht auf
"den bruder."

§. 7.

Omnia hæc innumeris quoque teſtimonis ex diplomatibus medii æui confirmantur. In charta capituli Mindenſis de anno 1304 x) prouocatur ad "jura feudorum, quæ volunt, vt "feudum, quod vulgariter Manghot dicitur, "poſt diuiſionem hereditatis. per mortem feu-"datarii, non ad fratres, ſed potius ad feudi "dominum reuertatur." Balduinus Archie-piſcopus Treuirenſis in diplomate de anno 1314. y) ratione caſtri aliorumque bonorum Henrico de Helfenſtein in feudum datorum, ſequentem ſuccedendi modum præſcribit; "Semper primogenitus maſculus in recta linea "ipſius Henrici abſque diuiſione aliqua facien-"da, præficiatur ipſius caſtro, & ſuccedat in "eodem

x) Scheidt vom Adel in mantiſſa documentorum p. 289.

y) Hontheim Hiſt. Trevirenſis diplom. tom. 2. pag. 37.

“eodem cum villa & appendiciis memoratis. —
“Si vero contingeret, quod poſſidens dictum
“caſtrum ſine herede decedat, bonis ſuis aliis
“prædictis indiuiſis inter fratres ſuos, ſi quos
“habuerit ex parte patris, antiquior dictorum
“fratrum ſuccedat in dicto caſtro: ſi vero ſine
“herede proprii corporis, vel bonis diuiſis, vt
“dictum eſt, moriatur, ad Archiepiſcopum Tre-
“uirenſem, qui fuerit pro tempore, caſtrum
“memoratum & ad eccleſiam Treuirenſem re-
“uertatur.“

Rudolphus marchio Badenſis Rupertum Electorem Palatinum in communionem terra- rnm ſuarum recepit, vt hic vi condominii, quod eo nactus erat, ipſi ſuccederet, prout conſtat ex litteris inueſtituræ Caroli IV. Imperatoris de anno 1362 a). “Und wann er (Marggraf Ru- “dolph) nach Tode deſſelben ſeines Vettern “(Marggraf Rudolphs des Weckers) einiger



a) Lünig corp. jur. feud. T. 1, p. 838. ejusdem Reichs-Archiv tom. IX. pàg. 939. Tolner in Hiſt. Palatin. in cod. diplom. Nro. 158. pag. 111.

„Herre und Erbe iſt des ehgenannten Lehen, „ſo hat er mit wohlbedachtem Muthe, mit „Rathe ſeiner Freunde — den Hochgebohr- „nen Ruprechten den Eltern, Pfalzgrafen bey „Rhein — zu einem Gemeinen genommen in „die obgenannten Lehen, und hat die mit ihm „einmüthiglich zuſammengelegt, alſo daſz er „dieſelben Lehen ſammentlich mit ihm tragen „ſolle, in ſolcher Beſcheidenheit, ob der ehge- „nannte Marggraf Rudolf alſo ſtürbe, daſz er „ehliche Leibeserben Mannsgeſchlechts hinter „ihm nicht lieſſe, daſz dann der ehgenannt „Herzog Ruprecht dieſelben Lehen erben ſoll „ohne alles Hinderniſſ u. ſ. w.

Cum his conſpirat diploma ejuſdem Imperatoris eccleſiæ Wormatienſi anno 1367 datum b). „Wir Carl — bekennen — daſz „wir mit Rathe der Fürſten, Graven, Herrn „und Edlen des heiligen Reichs ertheilen — „daſz allermänniglich, die von dem Stifte zu „Worms Lehen haben, dieſelbe ihr Lehen nicht „verkaufen verſetzen oder bekümmern mögen „in

b) Schannat Hiſt. Wormat. To. 3. p. 230.

„in keine Weiſe, noch ſie fürbaſz jemand ver„leyhen oder aufgeben oder einen Gemeiner „zu ihnen nehmen, der ihr wartender ſey nach „ihrem Tode u. ſ. w.

Rupertus I. Comes Palatinus inueſtiuit Dudenium de Cramburg anno 1389. de feudis Palatinis, quæ vna cum defuncto fratre Joanne conjunctim ac tamquam condominus in ſolidum poſſederat, ob hanc ipſam communionem qua hucvſque cum defuncto fratre vſus erat, minime vero ob ſanguinis vinculum, quo ei junctus erat c): „Wir Ruprecht — bekennen — „ſolch — Mannlehen als Johann von Cram„burg Ritter ſel. von uns und der Pfalz zu „Lehen gehabt hat, derſelben Lehen in Ge„meinſchaft geſeſſen hat Dude von Cram„burg, deſſelben Johann Bruder, als er uns „fürgeben hat, darum haben wir demſelben „Duden von Cramburg, ſeinem Bruder, die „obgenannt Lehen um der obgenannt Gemein„ſchaft willen, ob er alſo mit ihm in Gemein„ſchaft geſeſſen hat verliehen u. ſ. w.

Eodem

c) Schilteri Diſſ. de inueſtitura ſimult. principum cap. 2. §. 4.

Eodem anno judicium parium curiæ Palatinæ reſpondit d) Arnoldo de Hoenberg in Comitatu Pfeſtingenſi ſuccedere cupienti: „Wo „Herr Arnold vorgenannt beweiſet, daſz er in „der Grafſchaft zu Pfeſtingen in Gemeinſchaft „geſeſſen ſey, des ſoll er genieſſen.“

In deſignatione quadam Vaſallorum Rhingrauicorum (vulgo Mannbuch) e) de anno 1426. legitur „zu wiſſen, als Johann von Wilporg von Tod wegen abgangen iſt, ſo hat „Heinrich von Wilporg die vorgenannt Mannlehen als von Gemeinſchaft wegen verfallen, „von meinem obgenannt Junkern empfangen.“

Exeunte ſæculo XIV. cum Joannes de Widdergrin, ex numero condominorum caſtri Staufenberg, cujus dominium directum ad curiam feudalem Badenſem pertinebat, improlis decederet, defuncti jus in caſtro ſibi vindicabat Bern-

d) Anmerkungen von den pfälziſchen Lehen S. 5.

e) Deductio: Die Gemeinſchaft als ein wahrer Grund der Erbfolge und der einzige Grund der Lehensfolge der Seiten--Verwandten. Beylage N. XV.

Bernhardus Marchio „dieweil er abgangen und „geſtorben wäre ohne Leibes-Lehens-Erben.“ At ſuperſtites Ganerbii caſtri Staufenberg reſpondebant, ſibi potius jus defuncti in caſtro cedere „wann ſie und alle ihre Altvordern biſz „auf dieſen heutigen Tag, und alſo lang, als „das jemand fürdächte, in rechter Gewehre „und Gemeinſchaft geſeſſen wären und auch „kein Theil an derſelben Burg nicht verfallen, „noch ledig möcht werden, alldieweile daſz je„mand von Staufenberg lebte, dar von ihrem „Wappen wäre und Gemeine mit ihnen hätte „u. ſ. w.“ Litem ita diremit judicium parium curiæ; „wär es daſz alle von Staufenberg die „da Theile und Gemeine an dem Schloſſe hät„ten, zu den heiligen ſchwühren geſtabte Eyde, „daſz in ſolchem Beſeſz, Gewehre und Gemein„ſchaft ſie und ihre Vordern alſo herkommen „wären, daſz ſollend ſie genieſſen u. ſ. w. f)

„Hoc

f) Reinhards Neue Anmerkungen von der Lehnsfolge aus der Gemeinſchaft ohne Mitbelehnſchaft cap. 1. §. 2--16. vbi Hiſtoriam caſtri Staufenberg exhibet, quæ plura haud minoris momenti argumenta continet ad firmandam theſin noſtram.

Huc pertinet puoque Diploma de anno 1324, quo Henricus comes Sylveſter eccleſiæ Trevirenſi in feudum obtulit caſtrum Schmidburg: — „und derſelbe Ertzebiſchof in ſines „ſelbs und ſines Stifts zu Trier wegen, datſelbe „Hus mit alle dem Gude vorgemeldt mir hat „verlauwen zu rechtem Lehne vor mich „und iclich min libs Erben eweglich, die da „teil an gewinnen odir off die it geteilet „wird“ g).

Henricus puer Haſſiæ Landgrauius duos reliquit filios Ottonem ac Johannem, quorum hic feuda quædam tum ab Imperio tum ab eccleſia Moguntina tenens, improlis deceſſit anno 1314. Frater ejus Otto ad ſucceſſionem in feudis adſpirabat, ſoli communioni tamquam fundamento juris ſuccedendi innitens h). At lites ei fuere cum dominis directis communionem negantibus, ac feuda tamquam aperta ſibi vindicantibus. Lites cum ſede Moguntina lau- do

g) Citata Deductio die Gemeinſchaft &c. Beylage XXIV.

h) Kuchenbecker in Analectis Haſſiacis coll. 3. p. 16.

do in fauorem Ottonis compoſitæ ſunt i). Feuda Imperii Ludowicus Bavarus Imp. Ottoni anno 1323. conceſſit k).

Ludowicus Winterbach ex numero Ganerbiorum caſtri Schauenburg, quod Ganerbii a Marchione Badenſi in feudum tenebant, improles deceſſit. Bernhardus Marchio jus defuncti in caſtro tamquam apertum ſibi vindicabat, „dieweilen er ane Libs Lehens Erben abgangen „were, und auch von Geburte nit von Scho„wenburg were, von keiner Sipſchaft und auch „weder von Schilt noch von Helme u. ſ. w.

At Ganerbii ſuperſtites contendebant, ſibi cedere oportere jus defuncti in caſtro, quoniam cum ipſo in communione dicti caſtri Schauenburg fuiſſent. Sententia parium curiæ hæc fuit, „Getorffent die von Schouwenburg alle „die zu iren Tagen kommen waren, und die „teil und Gemein an Schouwenburg haben, Ir „jegli-

i) Compromiſſum ac Laudum exhibet Gudenus in Cod. dip. t. 3. p. 219. & 225.

k) Eſtor in Electis juris publici Haſſiaci lib. 3. cap. 19. §. 70. nota o.

„jeglicher beſunder einen Eyd zu den Heiligen „ſweren, daſz ſie und alle Ire alte Vordern „eine ſoliche Gemeinſchaft zu Schouweuburg „Inne und hergebracht haben, In der Maſz als „vorgeſ. ſtat — der ſollent ſie genieſſen l)." Innumera adhuc afferre poſſem diplomata idem vno quaſi conſenſu concentuque loquentia; ſed ſupervacaneum ſane foret, pluribus argumentis theſin meam firmare, cum iis, quæ protuli, ea pleniſſime probata ſit.

§. 8.

Omnibus a primo acquirente deſcendentibus competit condominium in ſolidum in bonis ſtemmaticis proinde ac in feudis. Ea enim lege a primo acquirente in poſteros translata ſunt, vt in æternum in familia maneant, conſeruationi ſplendoris familiæ inſeruiant nec vlla ratione alienentur, ſed potius ab eo qui iis pro tempore vtitur fruitur, reliquis primi acquirentis deſcendentibus conſeruentur. Supereſt itaque vt alteram partem propoſitionis noſtræ, ſcili-

l) Cit. Deductio die Gemeinſchaft &c. Beylage XII.

ſcilicet condominium in ſolidum itidem eſſe verum fundamentum ſucceſſionis in bonis ſtemmaticis, ſolidis argumentis firmemus. Primum argumentum ex ipſa ſucceſſionis feudalis natura ac indole peti poteſt. Viri doctiſſimi in eo conſentiunt m), ſucceſſionem feudalem imitatam eſſe allodialem; nec ſine ratione. Conſtat enim extitiſſe ſucceſſionem allodialem, priusquam feuda fuerint facta hereditaria. At cum ſenſim paulatimque ſucceſſio feudalis efformaretur, eandem ſecutam eſſe ſucceſſionem allodialem ob id longe veriſimilius fit, quoniam allodia Germanorum propius ad naturam feudorum accedebant. Illa enim perinde ac hæc ſeruitiis militaribus erant obnoxia nec ſucceſſionem mulierum patiebantur. Allodia auita perinde ac feuda nulla ratione ab eo, qui illis pro tempore fruebatur poterant alienari, ſed potius omnibus a primo acquirente deſcendentibus

m) Hen. Chriſt. de Senkenberg de ſucceſſione filiarum in regnis ac principatibus cap. V. §. 42. Pütteri Rechtsfälle Th. 1, B. 1, Reſp. 7. pag. 114. Nro. 151.

tibus erant conſeruanda. Feuda igitur, prout reliquam ſuccedendi rationem, ita imprimis fundamentum ſucceſſionis juridicum condominium in ſolidum ab allodiis petiiſſe veriſimile fit.

Aliis tamen adhuc vtar argumentis, quibus condominium in ſolidum fundamentum ſucceſſionis in bonis ſtemmaticis fuiſſe euincam. Agnoſcunt hoc leges Normannorum n). „Sciendum etiam „eſt, quod ſi primogenitus feodum impartibile „elegerit, & aliis (fratribus) eſcæta o), altero fra„trum decedente eſcæta non deſcendet ad primo„genitum, ſed ad alium qui de ea habet porcio„nem.“ Cum his conſpirat jus Bavaricum p). „Wer einem ein Guet machen will, der ſoll „den in Nutz und in Gewehr ſetzen bey ſei„nem lebendigen Leib, und ſoll er etlich Gült „jährlichen einnehmen, dieweil der lebt, der „im das Gut gemacht hat, oder ſol im Brief „darumb geben. Iſt es Lehen ſo ſol er ims „mit

n) P. 1. cap. 27. Art. 17. ap. de Ludewig in reliq. Mſcriptorum tom. VII. p. 215.

o) Idem ac hereditas v. du Freſne in Gloſſ. tom. II. verb. eſcæta.

p) Heumann in opuſculis juris germanici p. 84.

„mit des Herren Hant vertigen u. ſ. w." Quod confirmatur diplomate, quod exhibet Reinhardus q), vbi domini Stollen de Stauffenberg jus ſuccedendi in allodio, quod ſibi vindicant, ex condominio in ſolidum deriuant „— da der „obgenannt min gnediger Herre meynet, daz „das vorgenannt Korngeld Lehen ſey und daſz „Stauffenberger ſelig das von ſinen Gnaden „empfangen habe; dagegen aber die obge- „genannt Stollen geantwurt habend, daz ſie das „vorgenannt Korngelt mit Stauffenbergern ſe- „lig in einer Gemeynſchaft genoſſen und für „ein eygen Gut hergebracht habend. —" Ex ipſa denique ſucceſſione conjugum ex communioni haud inualidum pro mea ſententia petitur argumentum. Liberi igitur non ſolum vi condominii ſed etiam ex jure ſanguinis in bonis ſtemmaticis ſuccedebant; at collaterales a primo acquirente deſcendentes vnice vi condominii. At ſumma incommoda, quæ conſeruationi condominii in ſolidum adhærebant, effeciſſe exiſtimo, vt ingraueſcente juris Romani



q) In den neuen Anmerkungen von der Lehnsfolge &c. Anlage 5.

auctoritate ſucceſſio ex condominio in ſolidum in quibuſdam locis omitteretur, & potius ex jure ſanguinis fundamento ſucceſſionis Romanæ ſuccederetur; ita tamen vt principium hoc ſucceſſionis Germanicæ, vi cujus pacto & prouidentia primi acquirentis omnes ab eo deſcendentes, non vero beneficio vltimi defuncti ſuccedunt, inconcuſſum maneret. Manſerunt quoque effectus principii iſtius & condominii in ſolidum tamquam fundamenti ſucceſſionis reſpectu ordinis ſuccedendi ex regula linearis, quamuis gradualis nonnumquam juris Romani auctoritate irrepſerit. At in bonis ſtemmaticis familiarum noſtrarum illuſtrium, quæ feudis Imperii juncta ſunt, condominium in ſolidum ſemper remanſit fundamentum ſucceſſionis juridicum perinde ac in feudis. Ratio in eo poſita eſt, quod illa his ita juncta ſint, vt qui in illis etiam in his ſuccedat, neceſſe ſit.

## §. 9.

Jam demonſtrauimus condominium in ſolidum verum eſſe fundamentum ſucceſſionis Germanicæ juridicum; ſupereſt modo vt oſten-

damus.

damus, qua ratione acquiratur, conſeruatur & tollatur. Acquiritur condominium in ſolidum in feudis conſtituendis ſimultanea inueſtitura Germanica non Longobardica, qua plures eodem feudo inueſtiuntur; in feudis conſtitutis vero tum natiuitate legitima, ab omnibus a primo acquirente deſcendentibus, tum receptione in communione accedente conſenſu agnatorum ac domini directi. Eadem ratione acquiritur condominium in ſolidum in bonis ſtemmaticis tum natiuitate legitima ab omnibus a primo acquirente deſcendentibus, tum receptione in communione a præſenti poſſeſſore conſentientibus agnatis facta.

§. 10.

Ex juris Germanici antiquioris principiis condominium in ſolidum tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis compoſſeſſione tantum, eaque naturali ratione formæ poterat conſeruari. Attamen non negauerim reſpectu bonorum ſtemmaticorum majores noſtros citius receſſiſſe a juris iſtius rigore, ita vt vel compoſſeſſione ciuili vel reſeruatione juris condominium illud

poſſet retineri. Nec mirum ſane. cum horum bonorum reſpectu majoribus noſtris vi autonomiæ medio æuo per Germaniam obtinentis varia diſponere liceret, nec dominus directus iuri mitiori introducando reſiſteret. Juri, inquam, mitiori; magna enim incommoda compoſſeſſioni naturali inhæſiſſe vix eſt quod moneam. Feudorum vero reſpectu duriora iſta juris antiquioris principia ad finem fere vſque Sæculi XIV. ita ſeruata ſunt, vt qualibet feudi diuiſione ſiue proprietatem ſiue uſumfructum ſpectante tolleretur condominium ac amitteretur jus ſuccedendi inde pendens r). Ex tot argumentis quibus hanc firmare poſſem propoſitionem, quædam modo proferam. Jus Feudale Alemannicum teſtatur s). „Leyhet der „Herr aber von gnaden ihnen allen das Lehen „und nicht von recht, ſo ſollen ſie die gewehr „mit einander han, oder ſie hant nüt rechts an „dem Lehen, lehenrecht ſpricht alſo: Lehen „ohne gewehr iſt nütt Lehen“ nec non alio loco

r) Egregie omnia hæc perſecutus eſt vir acutiſſimus Meurer l. c. p. 73. ſqq.

s) Cap. 32. §. 5. 6.

loco t). „Ein Herr mag vielen Brüdern ein „Lehen leyhen daſz ſie es mit geſammter Hand „empfahen und gleiche gewehr daran haben. „Und wollen ſie ſich ſcheiden mit dem Gute „und theilen es unter ſich, das thun ſie wohl „ohne des Herrn urlaub. Wenn ſie aber das „Gut unter ſich getheilt, ſo hat ihrer keiner „nichts an dem Gute, und ſtirbt ihrer einer „ohne Lehenserben, ſo iſt ſein theil dem Herrn „ledig.“ Notatu vero digniſſima ſunt ſequentia ex eodem Jure Feudali Alemannico u). „Alles Lehen ohne gewehr darbet der volg. „Sie ſoll beyde ein mann haben, und wer ſie „beyde nicht hat, der hat nicht recht Lehen.“ Quibus addam aliud argumentum ex re hiſtorica deſumtum.

Conradus III. Comes Sylveſter Kyrburgenſis filios reliquit duos Emichionem V. ac Godofredum I, quorum ille Kyrburgenſis hic



t) Cap. 87. §. 1. 2. 3. quocum conſpirat J. F. S. Art. 34. & Vet. Auctor de Beneficiis cap. 1. §. 83. 84.

u) Cap. 109. §. 12. cui jungendum J. F. S. Art. 11. & Vet. Auctor. de benefic. cap. 1. §. 33.

Dhaunenſis lineæ ex paterna diſpoſitione auctor fuit. Ratione feudorum, quæ a curia Palatina tenebant, diuiſionem inierunt anno 1280, ſuper qua diploma confectum z) ſequentis tenoris „Nos Wilhelmus & Joannes fratres de Hen„zenberg — rogati & conſtituti ordinatores ab „vtraque parte, ſiue diuiſores bonorum & he„reditatis Dominorum Emichionis & Godefredi „fratrum comitum ſilveſtrium in villa Flon„heim primo diuidere cum circumjacentibus „villis eis attinentibus incipimus iſto modo: „videlicet ab inferiori angulo domus Theodo„rici Fabri per medium vltra villam ex tranſ„uerſo quidquid ſitum eſt verſus ſuperiorem „partem cum villa Offhoven & cum villa Boe„derih ceſſit in partem domini Emichionis „cum bonis & hominibus. — Conuerſo vero „ab eodem angulo quidquid ſitum eſt verſus „inferiorem partem cum villa Bornheim & „cum villa Eycheloch nec non villa Wendels„heim

z) Deductio Rechtliche Abhandlung von dem Vorzug der näher geſippten Stammsvettern vor den weiter entferntern bey der Erbfolge in teutſche Reichsländer, lit. B.

„heim ceſſit in partem domini Godefridi cum „bonis & hominibus. — Item in villa Mon„ziche ſic extitit ordinata diuiſio, quod in par„tem domini Emichionis ceſſit decima & jus „patronatus eccleſiæ ibidem; e conuerſo in „partem domini Godefredi, ceſſit aduocatia ibi„dem & vinea illa, quæ Kempenberg nuncu„patur &c. Sylvæ autem, piſcationes riuorum, „thelonium, avena Marſchallii, avena venato„torum, copta, ſchara, denarii de macellis in „Rhena, & majora judicia indiuiſa omnia re„manſerunt. —" Godofredi nepos Joannes Comes Sylveſter cum anno 1350. improlis decederet, Fridericus Emichionis nepos in iis tantum feudis Palatinis ſucceſſit, quæ vna cum defuncto Joanne pro indiuiſo ac naturali poſſeſſione tenuerat ſcilicet in ſylvis, piſcationibus riuorum, thelonio &c. At feuda quæ defuncti Joannis & Friderici majores Emichio ac Godofredus inter ſe diuiderant, nec illi proinde pro indiuiſo poſſeſſione naturali tenuerant, villæ Bornheim, Eychenloch ac Wendelsheim nec non vinea Kempenberg domino directo tam-

quam aperta ceſſerunt ex ſententia curiæ feudalis Palatinæ anno 1351. prolata x).

At tot tantaque incommoda, quæ compoſſeſſioni naturali inhæſiſſe neceſſe eſt, effecerunt mox vt varia quærerentur remedia, quibus tum euitarentur illa, tum conſeruarentur compoſſeſſionis naturalis commoda, reciprocum ſcilicet ſuccedendi jus. Cujus quidem rei exemplum exhibent litteræ inueſtituræ ſimultaneæ Cæſareæ a), quibus confirmabatur pactum confraternitatis, quod Ludowici Bavari Imp. filius natu maximus Ludowicus, cui inueſtitura cæſarea terræ Brandenburgicæ ac Luſatia, matrimonio vero cum Margaretha dicta Maultaſch inito Comitatus Tyrolenſis obuenerat, cum fratribus Bavariæ poſſeſſoribus ao. 1334. pepigerat. Verba ſunt hæc: „Zu einer ſteten Sicherheit „ſo verleyhen wir und haben mit verdachtem „muth verliehen dem vorgenannten Fürſten „Ludwigen, Marggrafen zu Brandenburg, Ste-„phanen,

x) Deductio cit. Gründliche Ausführung &c. lit. H.

a) Aettenkhofer Geſchichte der Herzoge von Bayern. Beyl. 33. 34.

„phanen, Ludwigen, Wilhelmen, und ihren „Erbſöhnen zu geſammter Hand — die vorgr- „nannten Land, Gut, und Leud beyderſeit — „die von uns und dem Reich zu Lehen gant. „Auch ſetzen wir beyderſeit bey lebendigem „unſern Leib in Nutz, Gewalt und Gewehr. „Zu Urkund dieſer Machung und zu einer „rechten Gewehr ſollen unſers Sohnes des „Marggrafen Amtleut und Pfleger zu einem „rechten Zins und Dienſt, alle Jahr 200 March „Silbers geben Stephanen, Ludwigen, Wilhel- „men und ihren Erben, auf Sant Martinstag. „So ſollen dowider Stephan, Ludwig und Wil- „helm und ihr Erben, Amtleut, oder Pfleger „auch zu einem rechten Zins und Dienſt alle „Jahr dem vorgenannten Ludwigen dem Marg- „grafen zu Brandenburg und ſeinen Erben auch „auf Sant Martinstag geben 100 March Silbers „ohne Widerrede von ihren Landen und Gü- „tern.“

Filii igitur Ludowici Bavari Imp. communem terrarum, quas poſſidebant, vſumfructum in ſignum compoſſeſſionis naturalis ſibi inuicem tribuebant. Compoſſeſſionem naturalem ipſam pror-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0045-5

prorſus omittere nondum audebant, ſed in ejus locum ſimulacrum quaſi ejus ſubſtituebant. Simultanea enim inueſtitura illis temporibus perinde ac hodie directe nullum tribuebat ſuccedendi jus, at tribuebat condominium in ſolidum, & hoc, ſi debita ratione i. e. naturali compoſſeſſione conſeruatum eſſet mutuum ſuccedendi jus. Fieri autem non potuit quin Vaſalli ſentirent iniquum eſſe, vt condominio in ſolidum ac inde pendente mutuo ſuccedendi jure ſeſe abdicaſſe præſumerentur, quoties a naturali compoſſeſſione receſſiſſent. Senſim igitur paulatimque, prout fieri ſolet in nouis juribus introducendis, impetrauerunt vaſalli a dominis directis — nec mirum, horum enim vel maxime intererat vaſallorum firmare fidem — vt a naturali compoſſeſſione ſecedere adeoque diuiſionem quoad vſumfructum celebrare ipſis liceret, ſaluo condominio in ſolidum ac inde pendente mutuo ſuccedendi jure. Res ita proceſſit, vt quæ initio jure imperfecto ac tamquam beneficium a dominis directis obtinuerant vaſalli, mox tamquam jure perfecto ſibi debitum efflagitarent, ita, vt ſi quis forte

non

non impetraſſet, injuriam ſibi illatam crederet. Hoc autem beneficium ſ. potius jus ſingulare tribuebatur ſimultanea inueſtitura, ita vt, cum olim dominus directus tantum vnum ex pluribus a primo acquirente deſcendentibus, quibus æquale jus in feudo erat, de feudo inueſtire teneretur, cæteris nihilominus cum inueſtito in communione feudi manentibus, nunc jam omnes ſimultaneam inueſtituram vna cum priuilegio iſto, vi cujus naturalis compoſſeſſio ipſis remittebatur, impetrare enixe ſtuderent. Hujuſmodi ſimultanea Inueſtitura, quam Joannes Saxoniæ Dux contulit comitibus terræ Holſatæ & Schaumburg, primum occurrit anno 1307, prout colligere licet ex litteris inueſtituræ b); „Omnibus præſens ſcriptum legentibus

Johan-

b) Quas exhibet G. L. Boehmer in Obſeruatt. juris feud. Obſ. VIII. §. 8. ex appendice eines An Ihro Kaiſerl. Majeſtät abgelaſſenen allerunterthänigſten Schreibens der verwittweten Herzogin zu Schleswig Hollſtein Gottorp &c. wegen des Amts Bonnſtäd de anno 1708. Vid. quoque Juſtitia cauſæ Ranzouianæ P. II. in app. pag. 8. edit. 1714.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0047-7

„Johannes Dei gratia Saxoniæ, Angariæ, Weſt-
„phaliæ Dux ſalutem in Domino ſempiternam;
„tenore præſentium recognoſcimus & in publi-
„cam proferimus notionem, quod nos Nobili-
„bus Dominis Comitibus Holſatiæ & Schom-
„borch, Gerhardo. Johanni, Adolpho, Wolde-
„maro, & filiis Domini Comitis Henrici bonæ
„memoriæ, & eorum omnium veris heredibus
„perpetuo de heredibus in heredes totam ter-
„ram Holſatiæ & Stormariæ, vniuerſum Domi-
„nium Domini Adolphi de Segebergh, de qui-
„bus erat lis & diſceptatio inter Nos & dictos
„Comites vtrobique, contulimus manu unanimi,
„quæ ſamte hand in vulgo dicitur, jure ſeu
„titulo feudali, & non obſtante eo, quod præ-
„cedentes terræ & dominia, ſiue diuidantur,
„aut ſaltem inter hos Dominos Comites ma-
„neant indiuiſa, nihilominus cuicunque heredi
„dicti Domini Comitis aut eorum heredes ali-
„quam partem terrarum & dominiorum præd.
„aſſignare & diuidere voluerint, eidem confe-
„rimus jure feudali, ſeruata & obtenta manu
„vnanimi &c.“

Huc pertinet quoque diploma de anno 1399 c), quo domini de Alvensleben fratribus de Chüden ac fratribus Bormeſter quartam partem vicis Dobberkou ſimultanea inueſtitura conferunt, „und ſcal ihnen an der ſamenden „hand nit ſchaden, das ſie ſcheiden Rock und „brod hebben — i. e. geſchiedener Rauch „und brodt ſ. geſchiedene Houshaltung, ge„ſchiedener Güter-Beſitz — und wenn ihrer „einer abginge ahne Leibeserben ſo ſcal das „vorbenannte gut bey den andren vorbenann„ten bliben, und bey ihren rechten Erben."

Ejuſdem tenoris ſunt litteræ inueſtituræ Maximiliani I. Imp. principibus Anhaltinis datæ anno 1495. d). „Wir thun ihnen auch hie„mit die Gnade, ob ihre Vorfordern, Eltern, „oder ſie, welche Theilung ihrer Herrſchaften „gethan hätten, oder ihre Nachkommen in „künftigen Zeiten thun würden, daſz ihnen „ſolches an ihren geſammteu Lehen unſchäd-

„lich

c) Phil. Wil. Gerken vermiſchte Abhandlungen aus dem Lehn- und teutſchen Rechte p. 44.

d) Lünigs Reichs-Archiv P. ſp. Cont. 2. pag. 187.

„lich ſeyn ſolle“ nec non litteræ inueſtituræ ejuſdem Imperatoris Ducibus Megapolitanis datæ e): „daſz wenn die Herzoge gleich ihr „Land unter ſich getheilt hätten, oder noch „theilen würden, ſolches an der geſammten „Hand ihnen keinen Schaden bringen ſolle.“

Præterea hæc egregie illuſtrantur litteris inueſtituræ ſimultaneæ Caroli IV. Imp. de anno 1373. f), quibus confirmatur pactum confraternitatis, quod Saxoniæ & Haſſiæ principes inierunt. Continent iſtæ ſcilicet fictionem illam ſimultaneam inueſtituram veram tribuere naturalem compoſſeſſionem. — „Demnach haben wir unſern Oheimen Friedrichen, Balthaſarn und Wilhelmen Marggrafen zu Meiſſen „und Laudgrafen zu Thüringen das Fürſtenthum und Landgrafſchaft zu Heſſen mit ſeinen „Fürſtl. Ehren, Rechten, und Würden, Grafſchaften, Herrſchaften &c. — und auch hinwieder

e) Neumanni jus priuatum principum Tom. V. pag. 220.

f) J. J. Moſeri Anmerkungen und Beylagen zur Wahlcapitulation Franz. I. Th. I. S. 245.

„wieder gleichweis unſern Oheimen, Heinri„chen und Herrmann, Landgrafen zu Heſſen, „die Fürſtenthum der Marggrafſchaft zu Meiſ„ſen und der Landgrafſchaft zu Thûringen, „mit ihren Fürſtl. Ehren, Rechten und Wür„den &c. — als rechten natürlichen und glei„chen Mitgeerben und Gemeinern gelichen — „alſo daſz ſie fürbaſz an beyden Seiten und „auch ihr beyder Theile rechte Manns Leibes„Lehns Erben, ewiglichen gleiche rechte und „erbliche Mitgeerben und Gemeiner (der) „Lehen und rechter gewehr ihrer Fürſtenthum, „Grafſchaften, Herrſchaften &c. ſeyn, heiſſen „und bleiben ſollen. — Und ob es zu Schul„den kommt, daſz die obgen. unſere Oheime, „Friderich, Balthaſar und Wilhelm Marggrafen „zu Meiſſen &c. oder die obgen. Heinrich „und Herrmann Landgrafen zu Heſſen &c. „ohne rechte Mannes Leibes-Lehens Erben ver„ſchieden; ſo ſollen ihre Fürſtenthum &c. auf „die vorgen. Marggrafen — oder Landgrafen „— als auf ihre rechte natürliche Mitgeerben, „Gemeinere und ungeſonderte Brüder erblich „und ewiglich gefallen u. ſ. w. &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0051-8

Inde igitur a Sæc. XV. ſimultanea inueſtitura eam vim habet vt plures eodem feudo coinueſtiti uon obligentur feudum naturali compoſſeſſione ac pro indiuiſo tenere, ad conſeruandum condominium in ſolidum ac inde pendens mutuum ſuccedendi jus. Agnati olim naturali tantum compoſſeſſione condominium in ſolidum ac inde pendens ſuccedendi jus conſeruare poterant, quod vtrumque hodie conſeruatur ſimultanea inueſtitura, quam in quouis mutationis caſu renouare eos oportet. Proinde vero olim extraneo jus ſuccedendi ſola receptione in communionem conſentiente domino directo facta tribui poterat, nec vlla ſimultanea inueſtitura opus erat, ita nunc ſimultanea inueſtitura extraneo tribuitur condominium in ſolidum ac inde pendens jus ſuccedendi in feudo. In iis igitur feudis, ſ. immediate ab imperio ſ. a territorio pendeant, in quæ coinueſtiti tantum ſuccedunt, noſtro adhuc æuo condominium in ſolidum verum eſt fundamentum ſucceſſionis feudalis. Idem dicendum eſt de iis feudis, in quæ omnes a primo acquirente deſcendentes, quamuis non coin-

ueſtiti

ueſtiti ſuccedunt. A primo acquirente enim in ipſos deuolutum eſt condominium in ſolidum adeoque tantum iis a domino directo ſimpliciter remiſſa eſt naturalis compoſſeſſio, quæ olim ad conſeruandum illud requirebatur, ac in cujus locum in quibuſdam feudis ſubſtituta eſt ſimultanea inueſtitura.

## CAPUT II.

### De ordine ſuccedendi in feudis ac bonis ſtemmaticis ex genuinis juris Germanici principiis lineari.

§. 11.

Expoſito fundamento ſucceſſionis Germanicæ tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis ſcil. condominio in ſolidum, ſupereſt vt in ea diligentius inquiramus, quæ exinde ratione ordinis ſuccedendi ex regula linearis fluunt.

Succeſſionis ex condominio natura ac indoles ita comparata eſt vt vno condominorum defuncto, reliquis condominis ejus in re communi jus accreſcat, ac quidem ita vt quilibet condominorum ſuperſtitum pro rata portionis

ipſi in re communi competentis, nanciſcatur partem portionis vacantis. Fingas tibi quæſo tres fratres condominos Cajum, Titium, Sempronium, quorum Titius, quinque ex filio defuncto nepotibus, Sempronius quatuor filiis relictis, poſt eos vero Cajus improlis decedat, Titii nepotes vna cum Sempronii filiis æquis partibus in defuncti Caji partem ſuccedant neceſſe eſt, quum condominium in ſolidum, vi cujus Sempronii filii ſuccedunt Titii nepotibus, perinde ac illis competat, nulla igitur adſit ratio, ob quam reſpectu ordinis ſuccedendi illis potiorem locum aſſignemus. Quibus ita comparatis ſuboriri poſſit quæſtio, vtrum vno nepotuui Titii defuncto, filii Sempronii vna cum fratribus defuncti nepotis Titii ſuccedere debeant in ejus portionem vacantem. an vero hi ſoli?

Videri quidem poſſit filios Sempronii perinde ac fratres defuncti nepotis Titii ſuccedere oportere in ejus portionem vacantem, cum illis perinde ac his competat condominium in ſolidum, vi cujus hi ſuccedunt. At notes velim nepotes omneſque deſcendentes Titii inter

ſe,

ſe, perinde ac Sempronii filios, conſiſtere in arctiori quadam communione, vi cujus laxior iſta communio, quæ inter nepotes Titii ac filios Sempronii ſubſiſtit, tota demum exſtincta linea Titii, effectus ratione ſucceſſionis ſortiri poteſt. Omnibus enim deſcendentibus Titii jus potius competit in quacunque parte portionis rei communis, quam ille in deſcendentes ſuos tranſmiſit; perinde ac Sempronii deſcendentibus ratione portionis rei communis in ipſos transmiſſæ. Linea quidem Titii in complexu cum ea Sempronii in arctiori quadam communione ſubſiſtit, ita vt altera, altera exſtincta, in ejus iu re communi jus ſuccedat; at inter ſingula membra lineæ Titii ac lineæ Sempronii tantum laxior communio ſubſiſtit, ita vt tantum inter ſingula membra cujusuis lineæ jus ſuccedendi locum habeat, hac vero penitus exſtincta demum jus ſuccedendi ſingulis membris alterius lineæ tribui poſſit. Quæ quidem ſic in infinitum progrediuntur; ponamus enim ex quodam nepotum Titii duas ſuboriri lineas, altera exſtincta altera ipſi ſola ſuccedet, excluſis pro tempore cæteris ex reliquis Titii nepoti-

 bus

bus deſcendentibus lineis, quamuis in iis adſint, vltimo defuncto lineæ extinctæ gradu propiores. Ex quibus oritur idea ordinis ſuccedendi linearis, ſecundum quem, linea quadam exſtincta, reliquæ lineæ omnes ab eodem ſtipite communi deſcendentes æqualiter ad ſucceſſionem vocantur.

§. 12.

Succeſſionis Germanicæ tam in feudis quam in bonis ſtemmaticis fundamentum quum ſit condominium in ſolidum, facile quiſque intelliget, eundem, quem modo delineauimus, in iis obtinere ſuccedendi ordinem. Linearis enim ſuccedendi ordo fluit ex natura ſucceſſionis ex condominio in ſolidum, ita vt vnum abſque altero cogitari nequeat. Initio quidem hoc condominium in ſolidum quauis diuiſione ſublatum fuiſſe jam demonſtrauimus. Facta igitur diuiſione omnis ceſſabat ſucceſſio, nec proinde de ordine ſuccedendi quæri poterat. At recentiori æuo receſſerunt majores noſtri ab hoc juris rigore, ita vt, remiſſa compoſſeſſionis naturalis neceſſitate, ſaluo condominio in ſolidum ac inde pendente

jure

jure ſuccedendi diuiſionem quoad vſumfructum celebrare liceret. Cum igitur ex jure recentiori inter plures vnius ejuſdemque feudi diuiſi lineas, non obſtante diuiſione, condominium in ſolidum ſubſiſtat, ſequitur inde vt inter easdem etiam ordo ſuccedendi linearis obtinere debeat. Quodſi igitur princeps Anhaltinus Serueſtanus improlis decederet, lineæ Deſſauienſis, Bernburgenſis ac Cöthenſis æquis partibus in terris Serueſtanis, tamquam parte feudi communis ſuccedant neceſſe eſt. Nulla autem ratione principi Anhaltino Cöthenſi, eo, quod gradu eſt propior, jus potius præ cæteris lineis ratione ordinis ſuccedendi vindicari poteſt, cum non ex jure ſanguinis ſuccedatur, ſed ex condominio in ſolidum quod inter plures haſce familiæ Anhaltinæ lineas ſubſiſtit.

§. 13.

Turbauit hunc ſuccedendi ordinem jus Romanum, quod ſcilicet gradualem fouet. Nec mirum, cum plane diuerſo vtatur juris ſuccedendi fundamento, quod quidem inde a Juſtiniani temporibus eſt jus ſanguinis. Ordo vero

ſuccedendi determinatur ex præſumto amore defuncti, quo propiores cognatos præ remotioribus amplecti cenſetur. Hunc præſumtum amorem ex graduum proximitate dijudicare jubet Juſtinianus, ita vt gradu quiſque proximior remotiorem a ſucceſſione excludat Quisque igitur facile intelliget, Romanum hunc ſuccedendi ordinem noſtris moribus accommodare, vel maxime ineptum eſſe. Optime conuenit iſte fundamento ſucceſſionis Romanæ; an & Germanicæ? Minime. Quid enim, cum collaterales in feudis ac bonis ſtemmaticis, jure Germanico, jure proprio ex condominio a primo acquirente in ipſos deuoluto ſuccedant, poteſtne ordo ſuccedendi ex præſumto amore defuncti determinari, quo propiores cognatos præ remotioribus amplecti cenſetur? Nonne naturæ multo magis conuenit, ordinem ſuccedendi ex ipſius condominii in ſolidum natura ac indole determinare, ita vt omnes æqualiter ad ſucceſſionem vocemus, qui condominio hoc gaudent?

§. 14.

§. 14.

Condominium in ſolidum re vera hoc recentiori æuo adhuc eſt fundamentum ſucceſſionis in feudis ac bonis ſtemmaticis. At cum jam dudum compoſſeſſio naturalis ad conſeruandum condominium illud in ſolidum haud amplius requiratur, & ſic condominii omnibus a primo acquirente deſcendentibus competentis ſignum aliquod egregium deſit, fieri non potuit, quin ſenſim paulatimque, ea opinio hominum animis inſideret, non ex condominio in ſolidum ſed ex jure ſanguinis ſuccedi in feudis ac bonis ſtemmaticis, præſertim cum hæc ſuccedendi ratio jure Romano, cujus ſumma inter nos auctoritas & vſus latiſſime patens, commendaretur. Quodſi vero his concedas, hoc recentiori æuo ex jure ſanguinis ſuccedi in feudis ac bonis ſtemmaticis, ordo tamen ſuccedendi linearis idem maneat neceſſe eſt; id quod argumento ex ipſa feudorum ac bonorum ſtemmaticorum natura ac indole petito firmare propoſitum eſt g).

 Feu-

g) G. E. L. Preuſchen rechtliche Ausführung daſz die

Feudum ex regula tantum primo acquirenti ejuſque deſcendentibus conceditur; id quod leges ac conſuetudines feudales omnes vno quaſi concentu loquuntur. Aſcendentes igitur ac collaterales omnes a primo acquirente haud deſcendentes a ſucceſſione feudali excluduntur, niſi lege inueſtituræ aut conſuetudine vel jure quodam particulari iis jus ſuccedendi tributum ſit. Ex regula itaque in feudis tantum obtinet ſucceſſio deſcendentium primi acquirentis, cujus poſteri omnes agnatorum jure ac nomine inter ſe vtentes, iisdem ſibi propriis ac prorſus æqualibus juribus gaudent. Iisdem inquam juribus fruuntur; quiſque enim deſcendentium ſuum ſuccedendi jus a communi ſtipite deriuat, qui feudum ſibi omnibuſque ab ipſo deſcendentibus acquiſiuit. Gaudent quoque juribus ſibi propriis i. e. a primo acquirente in ipſos deuolutis, a nullius ne vltimi quidem poſſeſſoris arbitrio pendentibus; nec non

die Lehns-Folge der Seiten-Verwandten in theilbaren Lehnen nach den Stämmen und nicht nach den Graden zu beurtheilen ſey. §. 5. & 6.

non prorſus æqualibus cum nulli deſcendentium jus præcipuum præ reliquis tribui poſſit. Ceſſat enim gradus prærogatiua cum non vltimo poſſeſſori defuncto ſed primo acquirenti ſuccedatur. Collaterales enim ſuum ſuccedendi jus non ex cognatione deriuant qua vltimo defuncto juncti ſunt, ſed ex origine, quam a primo acquirente trahunt.

§. 15.

Bona ſtemmatica vero quod attinet, in iis quidem obtinet ſucceſſio aſcendentium ac collateralium primi acquirentis, ſed prior cauſa eſt deſcendentium, ita vt his demum deficientibus, illis jus ſuccedendi tribui queat. Omnes a primo acquirente deſcendentes ratione ſucceſſionis in bonis ſtemmaticis perinde ac in feudis, iisdem ſibi propriis ac prorſus æqualibus fruuntur juribus. Deſcendentium enim quiſque ſuum ſuccedendi jus a communi ſtipite deriuat, qui prædium ſtemmaticum acquiſiuit ac ea lege in poſteros tranſmiſit, vt in æternum in familia maneat, omni alienatione prohibita. Succeditur igitur & in bonis ſtemmaticis primo acqui-

quirenti jure proprio ab ipſo in poſteros deuoluto, non vero vltimo defuncto; ac omnes proinde a primo acquirente deſcendentes prorſus æquali, ratione ſucceſſionis, jure gaudent.

§. 16.

Deſcendentium igitur quiſque cum ſuum in feudis ac bonis ſtemmaticis ſuccedendi ius a primo acquirente tamquam ſtipite communi deriuet, ordo ſuccedendi ex ſola vltimi defuncti perſona definiri nequit, ſed ſtipes communis reſpiciatur neceſſe eſt, ita vt linea quadam exſtincta, reliquæ omnes ab eodem ſtipite communi deſcendentes ad ſucceſſionem vocentur. Reliquæ enim lineæ jus ſuccedendi non ex cognationis vinculo deriuant, quo vltimo defuncto lineæ exſtinctæ junctæ ſunt, ſed ex origine quam cum linea exſtincta ab eodem ſtipite communi trahunt. Linea igitur quadam exſtincta ad omnes ab eodem ſtipite communi deſcendentes pertinet ſucceſſio, omni ceſſante gradus prærogatiua. Quæ omnia quo melius intelligantur ſchemate illuſtrabimus;

Ruper-

Rupertus
- Titius
  - Semponius
    - Javolenus
  - Albertus
    - Carolus
      - Henricus
        - Auguſtus
- Cajus
  - Otto
- Meuius
  - Erneſtus
    - Guilielmus

Javoleno defuncto ſucceſſio ad Auguſtum pertinebit non ad Ottonem quamuis gradu proximiorem. Auguſtus enim cum Javoleno ab eodem ſtipite communi propiore deſcendit, adeoque ipſi jus potius competit ratione bonorum, quæ per diuiſionem in lineam Titii peruenerunt, quæ hac demum linea exſtincta ad reliquas lineas Ottonem & Guillielmum æquis partibus pertinebunt, ceſſante & hic gradus prærogatiua. Hæc ſuccedendi ratio mirum in modum quoque æquitati conuenit. Omnibus enim a primo acquirente deſcendentibus jus proprium ſuccedendi in feudo vel prædio ſtemmetico competit, quod nullo præſentis poſſeſſoris facto iis adimi vel minui poteſt. Ordo igitur ſuccedendi gradus prærogatiua certiori

quadam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0063-5

quadam norma nitatur neceſſe eſt. Quodſi enim ex gradus prærogatiua penderet ſuccedendi ordo, ſæpe eueniret, vt linea quadam extincta, vltimo defuncto gradu propior ex alia quadam linea, reliquas lineas omnes excluderet, vel ſi æquales gradu in omnibus lineis ſuperſtitibus exiſterent, haud raro accideret, vt æqualibus gradu in capita ſuccedentibus, linea altera altera magis, ob majorem, quem continet, capitum numerum, ex communi hereditate acciperet. Nec ſanc præſumi poteſt diuerſarum linearum anctores voluiſſe, vt ordo ſuccedendi, quo poſteri in bona lineæ cujuſdam exſtinctæ ſuccederent, a re mere fortuita, qualis eſt gradus prærogatiua penderet.

## §. 17.

Quæ quidem omnia jure Romano ſecus ſe habent, quod ſcil. in quauis ſucceſſione non primi acquirentis ſed vltimi defuncti perſonam reſpicit. Jure Romano cuilibet liberrima de rebus ſuis tam inter viuos quam mortis cauſa diſponendi facultas competit; vnde notiſſimum illud „Pater vti legaſſit ita jus eſto." Latebat

enim

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0064-1

enim Romanos diuiſio bonorum in hereditaria & acquiſita, adeoque illa perinde ac hæc promiſcue tam inter viuos quam mortis cauſa alienare licebat. Præſentis poſſeſſoris ab arbitrio pendebat, vtrum bona a majoribus in ſe tranſmiſſa ac proprio Marte acquiſita ab inteſtato in cognatos an vero teſtamento condito in extraneos transferre vellet. Quibus ita comparatis quiſque facile intelliget eum animum Romanis inſediſſe, vt ſucceſſionem in bona alicujus defuncti tanquam rem mere fortuitam ac vnice a caſu pendentem conſiderarent, in qua id modo cauendum eſſet, ne, cum omnes defuncti cujuſdam bona appeterent, quid detrimenti reſpublica caperet ex inordinato ſucceſſionum ſtatu. Mores igitur Romanorum cum nemini jus proprium ſuccedendi in defuncti alicujus bona tribuerent, immo potius a cujuſvis arbitrio penderet, cui familiam relinquere vellet, id proſpiciendum eſſe cenſebant Romanorum legumlatores, ne cujuſuis ab inteſtato defuncti hereditas rixarnm foecunda mater fieret. Eum igitur ſuccedendi ordinem ſtatuebant, vt gradu quiſque propior defuncto ſucce-

deret,

deret. Nec eſt quod miremur, eos gradualem lineari ſuccedendi ordini prætuliſſe. In lineaai enim ſuccedendi ordine cum ſemper ſtipes communis reſpiciatur, adeoque omnis ſuccedendi ratio ab origine a ſtipite communi repetenda pendeat, ſæpiſſime ſane, ſi hunc ordinem ſequuti eſſent Romani, accidiſſet, vt ex defectu cognitionis rei genealogicæ cujuſvis familiæ, nouæ inde exorſæ eſſent tragicæ lites h). Optime igitur clariſſimus Ludewig i) ait; „Linealis ſucceſſio eſt Germanica; nam „gradualis propria Latio; Hodieque in S. R. I. „principatibus tragicæ in his lites ac caſus, qui „tamen facile componi poſſent finium regua„dorum judicio patrii & Romani juris.“

## §. 18.

Monumenta denique hiſtorica haud deſunt, quibus euinci poſſit, Germanicæ originis populos linearem ſuccedendi ordinem ſequutos eſſe.

h) Pütteri Rechtsfälle Th: I. Band 1. Reſp. VJI. Nro. 84. ſeq.

i) In Reliquiis Manuſcriptorum tom. 2. pag. 207. Nro. 19.

eſſe. Inter illa autem ſane non infimum locum obtinet notiſſimus ille textus feudalis II. F. 50, de cujus vera mente tot tantæque inter Doctores agitatæ ſunt lites. Textus iſtius, cujus verba fere omnia linearem ſucceſſionem loquuntur, interpretatione ſuperſedere poſſum, cum duumviri illuſtriſſimi ac doctiſſimi k) eadem ita defuncti ſint, vt, quod addi poſſit, nihil ſuperſit. Vt tamen omnia, quæ ad illuſtrandam ſucceſſionem linearem pertinent, in hac ſcriptiuncula mea, tamquam in vnum locum congeſta deprehendas, breuem textus iſtius Paraphraſin Pütterianam hic apponam. „Si ille, „qui feudum habet, deceſſerit nullo filio re„licto (ſed ſuperſtitibus tamen pluribus non tan„tum generalibus totius familiæ lineis, ſed „ſpecialibus quoque vnius alteriusue ſtirpis „ejuſdem lineæ generalis, ex qua defunctus „fuit, agnatis) an ad omnes (qualiumcunque „linearum agnatos) vel (ſin ſecus) ad quos per-

k) Preuſchen l. c. pag. 6. Pütter l. c. Nro. 124. ſeq.

„perueniat? quæritur. Reſpondeo ad ſolos „(qui ex eadem linea generali ſunt, ex qua „defunctus fuit, excluſis, quamdiu iſta „linea durat, omnibus reliquis agnatis alia„rum linearum ejuſdem familiæ genera„lium) & ad omnes, qui ex (eadem) illa „linea (generali ſunt, ex qua iſte (defunctus) „fuit (ſi vel maxime vnus alterue reliquis gra„du proximior fuerit, quippe quo caſu reliqui „remotiores in ſui cujuſque patris vel aui cet. „locum jure repræſentationis in infinitum „aſcendunt, omneſque adeo indiſtincte in ſtir„pes ſuccedunt.) Et hoc eſt quod dicitur ad „proximiores pertinere (haud nempe quod ad „proximiores gradu pertineat ſucceſſio, ſed „quod proximiores linea reliquos, qui non „ſunt ejuſdem lineæ, quamdiu illa durat, a „ſucceſſione excludant). Iſti (enim) vero pro„ximiores (adeo) dicuntur reſpectu aliarum „linearum (quarum agnati omnino reſpectu „illorum remotiores ſunt, nec ad ſucceſſionem „vocantur, quamdiu linea illa adhuc floret, „ac ſtirps, quæ ſtirpi in illa adhuc ſuccedat „ſupereſt)." Sed omnibus ex hac linea

(ge-

(generali totius familiæ, „haud relicta vlla
„ejuſdem ſtirpe ſpeciali) deficientibus (ſed ſu-
„perſtitibus aliis adhuc compluribus ejuſmodi
„lineis generalibus totius familiæ) omnes aliæ
„(hujuſmodi generales familiæ ſuperſtites) li-
„neæ æqualiter vocantur (adeoque ſine præro-
„gatiua graduum, vt linea, caſu forte remo-
„tiores gradu agnatos tempore mortis defuncti
„continens, propterea haud excludatur a reli-
„quis, in quibus vnus, alterue fortaſſe gradu
„propior eſt, nec in capita ideo, ſed, vt hoc
„reſpectu quoque haud inæqualis fiat plurium
„linearum ſucceſſio, in ſtirpes potius, æqualiter
„formatis ſuis cujuſque lineæ portionibus."
Gradualis ſuccedendi rationis firmandæ gratia
excitatur alius textus feudalis II. F. 37. „Ad
„agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi
„paternum fuerit, eodem prorſus obſeruando,
„quantum ad ordinem gradus, qui continetur
„in legibus." τό legibus vero de ciuilibus
Romanis volunt intelligi; quamuis, teſte Püt-
tero, analogiæ juris feudalis multo magis con-
veniat, verba iſta ſic intelligere, „vt ad intelli-
„dum quis ſit proximior agnatus, ad quem in

 „hac

„hac lege feudum pertinere ſtatuitur, & ne „repeti opus ſit, quæ jam alibi ea de re expo- „ſita fuerant, idem prorſus obſeruandus ſit ordo „gradus (in terminis habilibus hic, æque, ac „de voce proximior monitum, non ex ſubtili- „tate Romana intelligendi) qui continetur in „(reliquis ea de re jam ſatis clare ſtatuentibus) „legibus (non ciuilibus ſane Romanis, de qui- „bus niſi expreſſe nominarentur hic cogitari „non poterat, ſed aliis, quod per ſe intelligi- „tur, legibus homogeneis, feudalibus nempe „quidni ipſa illa lege, quæ in alio textu II. „F. 50. continetur?)"

## §. 19.

Plurium denique locorum ſtatutis olim linearis ſuccedendi ratio recepta erat. Huc pertinent Dieterici Epiſcopi Havelbergenſis litræ confirmatoriæ conſuetudinum ciuitatis Witſtock de anno 1374. l). „Dat de dode Hand „Erve ſchölen nehmen to Wyſtock, in düſſer „Wieſe

l) In Ludewig Reliquiis Manuſcriptorum tom. VIII. pag. 284. ſeq.

„Wieſe dat dat Kind ſchöle treden in des Va-
„ders Stede, edder in der Möder Erve to neh-
„mende vor id deme Vadder edder der Mo-
„dern möchte geböret hebben by erem Leven-
„de, dat ſie Mannes Name edder Vrowen Na-
„me dat ſcholen ere Kindere nemenlyker Wys
„als de Vader und Modere bey erem Levende
„ſchollen genommen hebben, na Stemme tal
„unde nich na den Geraden; Were dat ock
„dat eene Erfdeilinge geſchehe, dor mer Stem-
„me to hörden dan eyne dat Erve ſchal me dei-
„len nach dem tale der Stemme unde nicht
„nach talle der Lüde.“ Cum his conſpirant
conſuetudines Lotharingiæ m). „Et quant aux
„heritages anciens parcequ'ils doivent ſuivre le
„tronc & ſouche, dont ils ſont deſcendus, four-
„choient, retournans aux parens de l'eſtocage
„des lignes d'où ils ſont mouvans & deſcen-
„dans, ſelon que chacun s'y trouve capable de
„ſon chef, ou par repreſentation, ſans aucune
„conſideration de la proximité des uns en de-
„gré plus que des autres, parceque repreſen-

 „tation

m) Coutumes de Lorraine tit. IX. Art. 5.

„tation tant en ligne collaterale que directe a „lieu infiniment.“ Eadem loquuntur conſuetudines Burgundiæ n). Martinus Schookius o) teſtatur, in quibuſdam Hollandiæ locis ac per totam Seelandiam obtinere vetera Scabinorum jura nec non leges Aſingenſes & Aſdomenſes, ſecundum quas juri repræſentationis inter collaterales in infinitum locus eſt.

## §. 10.

Inter Ictos Saxones cum acriter contenderetur vtrum in feudis gradus prærogatiuæ locus ſit an vero lineali ſuccedendi ordini, in hujus favorem lis compoſita eſt conſtitutione Auguſti Electoris. „Es ſeynd bis anhero unſere Schöppeuſtühle ſtreitig geweſen, wie das „ſächſiſche Recht von dem iure repræſentatio„nis zu verſtehen ſey, und ob daſſelbige allein „von Erben oder auch von Lehns-Folgern „diſponire. Dieweil aber in unſern Landen „ge-

n) Coutumes de Bourgogne rubr. VII. §. 10.

o) In Belgio foederato lib. IV. cap. 5. & 6. pag. 104. 106. conferatur quoque Joannis a Sommern tr. de repræſentatione cap. 3. §. 4. p. 33.

„gewöhnlicher gehalten, daſz Bruders Kinder „mit dem Bruder in ſtirpem und alſo ſtatt ih„res verſtorbenen Vaters vor einen Theil zu „dem Lehn zugelaſſen werden; So thun wir „auch hiemit ſolche Gewohnheit hiemit be„ſtätigen. Ordnen ſetzen und wollen, daſz „bemeldtes Jus repræſentationis, auf ſächſiſchen „Boden vnſrer Lande diesfalls in der Lehn„Folge, ungeachtet wenn auch die Clauſel nach „rechter Sippzahl geſetzt worden, ſtatt haben „ſoll" p). In Saxonia igitur perinde ac in reliquis partibus Germaniæ, linearis ſuccedendi ratio antiquiſſimis temporibus obtinuit, ac recentiori æuo in conflictu cum jure Romano victoriam reportauit.

## §. 21.

Accedunt denique teſtimonia Ictorum, quæ quidem eo majoris ſunt momenti, quo magis alias gradus prærogatiuæ favent. Ulricus Zaſius q) affirmat. „Opinio (quod in ſtirpes

 „ſuc-

p) P. III. Conſt. 29.

q) De feudis P. VIII. Nro. 18, 19, 20.

„ſuccedatur) non ſolum communis eſt, ſed „etiam totus prope DD. conuentus pedibus in „eam itauit, vt temerarius forte videri poſſit, „qui contrarium inducere auſit.“ Idem confirmatur effato Vulteji r). „Sane jure com„muni feudorum, feudo vni forte ex diuiſione „adquiſito, ſemper id deſcendit in ipſius po„ſteros, quoad illi ſuperſunt, tametſi fortaſſe „alii ex linea altera ſint proximiores, qui non „admittuntur niſi hac deficiente linea.“ Nec non Rittershuſii s). „Jure ciuili valet præ„rogatiua gradus, vt ſcilicet proximior gradu „remotiorem excludat a ſucceſſione & pares „gradu pariter admittantur. Sed jure feudali „hoc non eſt perpetuum; Aliquando enim „gradu licet remotior proximiori præfertur, „& pares gradu non tamen pariter admittun„tur.“ Innumeros præterea excitare poſſem DD. idem loquentes, ſed illos ad inſtar omnium laudaſſe ſufficiat.

§. 22.

r) De Feudis lib. I. cap. 9. Nro. 112. p. 543.

s) Partitiones feudales lib. I. cap. 12. qu. 8. pag. 162.

## §. 22.

Ne alteram tamen partem inauditam relinquamus, ſupereſt, vt ea quoque propanamus, quæ nobis aduerſari gradus prærogatiuæ vero favere videri poſſint. Tacitus t) ait, „Si liberi non ſunt, proximus gradus in ſucceſſione, fratres, patrui, auunculi.“ Validum hæc verba argumentum continere videntur, quo gradualis firmetur ſuccedendi ratio. At notes velim, linearem ſuccedendi rationem iis potiſſimum temporibus originem ſuam debere, quo feuda hereditaria facta ſunt, allodia vero familiarum illuſtrium eo ipſo nouam quandam formam induerunt. A Taciti temporibus vero ad hæc nullum valet argumentum. Deinde id quoque in computum venit, Tacitum ſæpe ea Germanorum inſtituta, quæ Romanorum iuſtituta referre videbantur, iiſdem vocabulis deſignaſſe, quibus Romani hæc inſignire ſolebant, quamuis re vera inter vtraque magnum intereſſet diſcrimen. Sic morgengabam Germanorum dotem appellat u); at quis non videt



t) De moribus Germanorum cap. 20.

u) l. c. cap. 18.

tum hæc ab illa diſtet. Eadem ratione linealem Germanorum ſuccedendi rationem gradualem vocare poterat. Iisdem fere argumentis ea quoque refelluntur, quæ contra nos ex L. Salica w), „quicunque proximiores fuerint de „paterna generatione, ipſi in hereditatem ſuc„cedant“ proferri ſolent. Præterea dubium adhuc videri poteſt, qui ſub verbo „proximio„res intelligantur.“ Mihi veriſimilius videtur proximiores hic vocari eos, qui ex eadem linea ſunt; ſecus ſentiunt aduerſarii.

## §. 23.

Nobis quoque aduerſari videtur ſpeculum Saxonicum x) „der ſich aber näher zu der „Sippe ziehen mag, der gehet denen andren „im Erbe vor“ nec non notiſſima illa Paroemia, „Je näher dem Sipp je näher dem Erbe“ z).

Primo

w) Tit. 62. §. 5. ap. Georgiſch in Corp. jur. Germ. pag. 124.

x) Lib. I. Art. 3. & 17.

z) Hertius de paroem. jur. Germ. lib. I. par. 82. opuſcul. vol. 2. tom. 3. pag. 352.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0076-8

Primo autem id conſiderandum eſt vtrum lex vel conſuetudo quædam tantum inter homines ciuicæ conditionis vel ruſticos, an vero etiam inter nobilitatem tum inferiorem tum potiſſimum ſuperiorem, de qua hoc loco agitur in vſu fuerit Quod igitur laudatum iſtum locum ſpeculi Saxonici attinet, ex iis quæ §. 20. expoſuimus veriſimile ſit, eum de nobilitate haud poſſe intelligi. Quibuſcum amice conſpirant, quæ Hertius in illuſtranda Paroemia iſta propoſuit; ait enim. „Ceterum in regionibus quibuſdam Germaniæ, hæc vſum non habet, vbi „jus reverſionis vulgo, das Rückfalls Recht ad „familiarum conſeruationem introductum, vt „bona redeant, vnde proceſſerunt“ quibus mox ſubjungit. In regnis (cui ſummo cum jure, teſte Püttero addere potuiſſet principatibus, comitatibus & dynaſtiis Germaniæ) paroemia „noſtra an valeat, non adeo dictu eſt facile.“ Præterea autem mihi longe veriſimilius videtur τὸ „je näher dem Sipp“ indicare proximitatem linealem, ita vt eorum, qui cum defuncto ex eadem linea ſpeciali lineæ cujuſdam generalis ſunt, cauſa potior ſit, deinde vero ſuo

ordine veniant reliquæ lineæ ſpeciales eundem ſtipitem communem propiorem cum defuncto agnoſcentes. Paroemia vero iſta. „So viel „Mund ſo viel Pfund" a) fautoribus juris Romani originem ſuam debere videtur.

## §. 24.

Receſſus Imperii de anno 1500, 1521 & 1529, quibus in caſu ſucceſſionis liberorum ſororis vel fratris ſucceſſio in capita definita eſt, adeoque, abrogata ſucceſſione in ſtirpes, omnes quorumcunque locorum contrariæ leges, ſtatuta, ac conſuetudines irritæ declarantur, nobis vel maxime, b) obſtare videntur; quod tamen negare & contrarium potius affirmare haud dubitauerim. Mentionem enim faciunt legum, conſuetudinum, ſtatutorumque contrariorum i. e. ſucceſſionem in ſtirpem jubentium; quo quidem id ipſum probatur, quod nobis vel maxime cordi eſt, ſcilicet ſucceſſionem in ſtirpes Germanici juris principiis conuenire. Præterea

a) Hertius l. c. in epidipn. par. 36. p. 334.

b) Neuere Sammlung der Reichsabſchiede. P. 2. p. 71. Nro. 19. pag. 210. & 301.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0078-9

terea autem leges iſtæ Imperii tantum ſtatuum ſubditos concernunt, & ne hoc quidem in vniverſum affirmari poteſt, cum auguſta domus Saxonica interpoſita proteſtatione ſubditis ſuis jura eorum particularia conſeruauerint. Multo minus autem Sanctiones iſtæ in familias illuſtres Germaniæ extendi poſſunt, quibus ſcilicet nulla ratione potuit obtrudi lex, qua ſucceſſio earum ordinetur; cujus ordinandæ jus, ob autonomiam familiis Germaniæ illuſtribus competentem, his tantum vindicari poteſt. Quodſi autem mens Imperatori ea fuiſſet, vt legibus iſtis familiæ quoque Germaniæ illuſtres obligarentur, nullus dubito, quin omnes fere familiæ iſtæ ſua jura proteſtatione conſeruaſſent c).

§. 25.

Supereſt vt ea quæ propoſuimus, exemplis quoque firmemus, quæ nobis potiſſimum ſuppeditauit Vir eruditione Clariſſimus Preuſchen d); in

c) Nic Birſchius de pactis & ſtatutis famil. ill, cap. 9. §. 64. ſeq. 419. ſeq.

d) l. c. §. 34. ſeq.

in quibus pertractandis ita verſabimur, vt primo ea exhibeamus, quæ pro theſi noſtra militant, deinde vero ea proponamus, quæ contraria nobis eſſe videri poſſint. Agmen ducit exemplum ex familia Auguſta Bavarica deſumtum.

**Otto Illuſtris**
**Bavariæ Dux ac Comes Palatinus**

- *Bavaria ſuperior ac Palatinatus* — Ludowicus Severus
  - *Palatinatus* — Rudolphus † 1327.
    - Adolphus † 327 — Rupertus II.
    - Rudolphus
    - Rupertus I.
  - *Bavaria ſuperior* — Ludowicus Imp.
- *Bavaria inferior.* — Henricus
  - Stephanus
    - Henricus
      - Joannes vltimus ſtirpis † 1340.

Joanne

Joanne defuncto Ludowicus Imperator terras ejus omnes occupauit, tamquam agnatus defuncto gradu proximior, partem earum domo Palatina ſibi vindicante. Poſtea vero Ludovicus Imp. juſtitia cauſæ Paiatinæ motus, ac ipſi graduum diffidens proximitati tamquam argumento minus idoneo, quo jus quoddam potius ſibi competens firmaret, Palatinatum ſuperiorem fratris filio conceſſit d). Linearis hæc ſucceſſio poſtea quoque agnita eſt a Ludowici Imp. nepotibus pacto quodam anno 1392. condito, verbis:

„Ob unſer einer oder mer von Todeswe„gen abging und nicht eheliche Süne lieſſen, „ſo ſollen die andern unter uns oder yr erben, „das ehlich Süne weren, deſſelben der da ab„gangen were, Land und Lewte, gleich er„ben &c.

Stepha-

d) Moſeri Teutſches Staats-Recht tom. XII. pag. 370. de Ohlenſchlager Einleitung in die Hiſtorie und Gerechtſame der beſondern Staaten des R. R. cap. IV. §. 2. p. 152.

## Stephanus Fibulatus
### Filius Ludowici Imp. Bavariæ Ducis

| *Ingolſtad* | *Landshut* | *Monach.* |
| --- | --- | --- |
| Stephanus II. | Friedericus | Joannes |
| Ludowicus barbatus | Henricus dives. | Erneſtus |
| Ludowicus gibboſus, vltimus ſtirpis † 1445. | | Alb. pius |

At cum Ludowicus gibboſus improlis decederet, terras ejus omnes occupauit Henricus diues gradu ſcilicet defuncto proximior; ſed contra jus teſte Adlzreiter e) „*melius audiſſet* „niſi Ludowici Moretani captiui omnem here„ditatem exaſſe ſibi vendicaſſet, excepta Schwa„benſi Toparchia, arce Lichtenbergenſi & Bair„bruna, quas Alberto nepoti pro ſemiſſe reli„quit.“ Ex quo quidem quiſque facile intelliget, linearem ſuccedendi rationem tunc temporis

e) Annales Bojorum P. II, lib. 8, Nro. 19, pag. 172.

poris regulem conſtituiſſe, adeoque Henricum divitem ex illorum temporum opinione male egiſſe dum aſſem ſibi vindicaret, cum ipſi ſemiſſes tantum ex hereditate Ludowici competeret. Ipſum Henricum diuitem hoc ſenſiſſe, ex eo quoque veriſimile fit, quod Alberto portiunculam quandam hereditatis conceſſit, ad quod, ſi graduum prærogatiua tunc temporis obtinuiſſet, nullo jure obſtrictus fuiſſet. At filii Henrici diuitis poſtea diuiſionem æqualem cum linea Monacenſi inierunt teſte Moſero f).

Jure primogenituræ in linea Monacenſi, extincta Landshutenſi, introducto, non amplius quæri poterat in hac domo, vtrum graduum prærogatiuæ an lineari ſuccedendi rationi locus eſſe deberet.

## §. 26.

Nec in domo Saxonica occurrunt veſtigia gradualis ſuccedendi rationis; linearis vero quamplurima. Guillielmus vnoculus Miſniæ Marchio

f) Staats-Recht tom. XV. p. 279.

chio cum anno 1407. hac luce migraret, fratris Friderici filii Friedericus ac Guilielmus nec non Balthaſari fratris filius Friedericus ſimplex ipſi non in capita ſed in ſtirpes ſucceſſerunt, ita vt Fridericus ſimplex dimidiam partem terrarum, alteram vero Friedericus ac Guillielmus acciperent. Eadem ſuccedendi ratio pacto anno 1410. condito in poſterum confirmata eſſe videtur. Pacto diuiſorio quod Albertus ac Erneſtus fratres, a quibus tota familia Saxonica originem ducit, anno 1485. inierunt, ſucceſſio in ſtirpes procul dubio conſtituta eſt, dum linea altera extincta, omnes maſculi in linea ſuperſtite ſuccedere jubentur, nulla facta graduum prærogatiuæ mentione.

In linea Saxonica electorali, quæ Albertum auctorem habuit, ex hoc capite, introducto jure primogenituræ, nullæ exortæ ſunt nec exoriri poterant lites. In linea vero altera quæ Erneſtum auctorem agnoſcit non deſunt diſpoſitiones ac exempla quibus linearis ſuccedendi ratio firmata eſt. Pacto anno 1542. inter Joannem Friedericum Electorem ac fratrem Joannem Erneſtum Saxoniæ Ducem condito,

diſpo-

diſpoſitum eſt; „da ſich einiger Fall (in linea „Alberti) zutruge, daſz der Stamme einer gantz „und gar ohne Erben abginge, ſoll *unſer lieber* „*Bruder ſammt ſeiner Liebden Erben zu glei-* „*chem Antheil* folgen, erben und ſuccediren — „ſolle ſeiner Liebden und ihren Erben durch „dieſe erbliche Sonderung mit nicht benom- „men ſeyn, ſondern wir von beyden Thei- „len die zugleich haben und theilen."

Joannes Erneſtus Dux Iſenacenſis ac Coburgenſis cum ſenium improles degeret, conuenit (2 Mart. 1634.) inter proximos ejus agnatos Joannem Philippum, Friedericum Guilliel- mum Duces Altenburgenſes ac Guillielmum, Albertum, Erneſtum ac Bernhardum Duces Vinarienſes,

„daſz auf den Fall — Fürſtliche Altenburgi- „ſche Linie zwey Sechstheil, unſere Fürſtliche — „Weymariſche Linie aber vier Sechstheil — „es ſeye Lehn oder Erbe *aus bewegenden Ur-* „*ſachen* zu gewarten haben ſolle. Bey wel- „chem modo ſuccedendi es auch alsdann ver- „bleibet, wenn gleich ein oder der mehr

 „Häupter

„Häupter in unſern beeden Häuſern mit Tode „abgehen würden.“

Hoc pacto pro tempore exceptio a regula ſcil. lineari ſuccedendi ordine ſtatuitur, quod quidem ex verbis *aus bewegenden Urſachen* colligere licet. Gradualem enim ſuccedendi ordinem ſi tamquam regulam agnouiſſent paciſcentes, nullus ſenſus verbis *aus bewegenden Urſachen* ineſſet. Linearis tamen ſuccedendi ordo vt in certo caſu obtineat ſimul definitur.

Extincta linea Altenburgenſi anno 1672. morte Friederici Guillielmi, Erneſtus Dux Gothanus tamquam gradu proximior totam hereditatem ſibi vindicauit, contendentibus fratris defuncti Guillielmi Vinarienſis Ducis filiis in ſtirpes ſuccedendum eſſe ceſſante gradus prærogatiua. Compoſita eſt lis tranſactione (16 Maji 1672.) g), vi cujus linearis ſuccedendi ordo obtinuit, ita vt dimidia pars terrarum Altenburgenſium Erneſto, altera fratris defuncti Guillielmi Vinarienſis ducis filiis cederet.

Guil-

g) Lünig part. ſpec. 2 tom. p. 201. Dumont tom. 7. part. 1. pag. 198.

Guillielmi Ducis Vinarienſis filii trium linearum Vinarienſis, Iſenacenſis auctores fuerunt; quarum cum Jenenſis interitus in perſona Joannis Guillielmi Bernardi filii immineret, conuenit (1683) inter fratres Bernardi Joannem Erneſtum Ducem Vinarienſem ac Joannem Georgium Ducem Iſenacenſem, 1) vt æquis partibus diuideretur hereditas, ſi, vtroque fratrum ſuperſtite ea deferretur; 2) altero fratrum vero prædefuncto, trientem caperent ejus filii, beſſem frater ſuperſtes; 3) vtroque fratrum vero prædefuncto, linea Vinarienſis trientem Iſenacenſis beſſem caperet, nullo habito capitum in quauis linea reſpectu, ceſſante quoque in poſterum omni gradus prærogatiua.

In linea Gothenſi omni procul dubio obtinet linearis ſuccedendi ratio, vi pacti a filiis Erneſti Ducis 24 Febr. 1679. initi ac ab Imperatore confirmati;

„zum 15. auf den Fall da einer oder der an„dre von ſämmtlichen 6 Fürſtlichen Herrn Ge„brüdern nach Gottes Willen, ohne Fürſtliche „Mannes-Erben Todes verfahren, ſollte Sr.

„Herzogs Friedrichs Durchlaucht und Dero „Poſteritæt — eine portio virilis zum præci- „puo gegonnt, ſolchemnach bey jeden Thei- „lungen eine portion mehr als der Fürſtlichen „Intereſſenten Anzahl, oder mit der Zeit Stäm- „me ſind, gemacht oder geſetzt, ſodann Herrn „Herzog Friedrichen 2 Theile, den jüngern „vieren — oder weniger überlebenden Herrn „Brüdern (oder denen Stämmen) jedweden ein „Theil gefolgt und überlaſſen werden.“

## §. 27.

Eundem quoque linearem ſuccedendi or- dinem ſequuta eſt familia Palatina. Imminente interitu lineæ electoralis Palatinæ, poſteri Ste- phani Ducis duabus continebantur lineis Sim- meriana ac Bipontina, quarum hæc duas rurſus comprehendebat lineas Bipontinam in ſpecie ac Veldentinam. Ratione euentualis ſucceſſionis conuenit inter illas anno 1541.

„So Gott ſchickt daſz der Fall der Chur für- „ſtünde — ſollen daraus zween gleiche Theile „gemacht, deren jedem Stamm eines zuſtehen „nemlich die Chur mit ihren zugehör auf den

„einen

„einen Seiten und die übrigen Erblande auf „die andere.“

At Friedericus II. Elector, quem pactum illud latebat, conuentionem iniit cum agnatis anno 1551, vi cujus gradu proximiores extinctæ lineæ ſuccedere debebant, habita tamen juris primogenituræ ratione. Mutauit hæc nouo pacto de anno 1553. cum ipſi pactum illud occultum innotuiſſet, linealem tamen ſuccedendi ordinem agnouit,

„Dagegen H. Wolfgang und Georg Hanſen „Gevettern auch ihren Erben und Nachkom„men dieſe nachkommende Aemter und Stück. „— Entſtünde aber von wegen ſolcher jetzt„vermeldter Succeſſion Erbſchaft und Falls — „zwiſchen gedachtem H. Johanſen Enkel und „dann H. Wolfgangen und H. Georg Hanſen „oder ihrer L. L. Erben Zweifel oder Miſsver„ſtand, welcher Theil oder Stamm dem an„dren fürzugehen habe &c. auf beede Stämme „vorgehenden genugſamen Bericht &c.

Extincta linea Simmeriana morte Caroli Electoris anno 1685, Leopoldus Ludowicus ex

linea Veldentina reliquos agnatos tamquam gradu proximior excludere ſtudebat. At Philippus Guillielmus ex linea Neuburgenſi nihilominus Electoratum accepit.

Linea Veldentina morte Leopoldi Ludowici extincta, ex diſpoſitione tum Wolfgangi tum reliquorum majorum ex linea Neuburgenſi, Bipontina ac Birckenfeldenſi graduum proximitati, Joanne Guilielmo Electore vna cum fratribus ab hereditate excluſo, locus eſſe debuiſſet. Lis ſuper hac ſucceſſione mota ac per 59. annos perducta tandem compoſita eſt ao. 1733. ita, vt de lineari ſuccedendi ratione ſeruanda inter partes conueniret. h)

§. 28.

Jam videamus quam potiſſimum ſuccedendi rationem ſequuta ſit ſtirps illuſtris Brunſwicenſis; quam, quo melius ſequentia intelligantur, ſchemate genealogico exhibeamus.

Albertus I.

h) Moſeri Staats-Recht tom. XIII. ac XV. pag. 205.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0090-9

# Dux B Henrici Lionis

| *Grubenhagen.* | |
|---|---|
| Henricus I. | |
| Erneſtus | |
| Albertus II. | |
| Ericus | |
| Albertus III. | *Brunſwic.* Henricus † 1416. |
| Philippus I. | *Calenb.* Guillielmus Sen † 1482. — *Wolfenbüt.* Henricus † 1473. |
| Philippus II. vltimus † 159 | *Wolfenbütt.* Guillielmus jun. † 1495. |
| | *Wolfenbütt.* Henricus Sen. † 1514. — *Calenb.* Ericus I. † 1540. |
| | Henricus jun. † 1568. — Ericus II. † 1584. |
| | Julius † 1589. |
| | Henric. Jul. † 1614. |
| | Henric. Vlr. vltim. † 1634. |

gra-
ilip-
hilo-
udo-
angi
gen-
pro-
cum
de-
per
ao.
ſer-
en-
wi-
an-
us I.
ag.

# Albertus I.

## Dux Brunſwicenſis filius Ottonis pueri ac proneptos Henrici Lionis
† 1279.

- *Grubenhagenſ.*
  - Henricus I.
  - Erneſtus
  - Albertus II.
  - Ericus
  - Albertus III.
  - Philippus I.
  - Philippus II. vltimus † 1596.
- *Göttingenſ.* Albertus pinguis † 1318.
  - *Gottingenſ.* Erneſtus † 1379.
    - Otto Quade † 1394.
    - Otto Cocles † 1463.
  - *Brunſwieenſ.* Magnus I. Pius † 1368.
    - Magnus Torquatus † 1373.
      - *Eimb.* Friedericus † 1400.
      - *Lüneburg.* Bernhardus † 1434.
        - Otto † 1445.
        - Friedericus † 1478.
          - Bernhard. II. † 1464.
          - Otto magnanimus † 1471.
            - Henr. jun. † 1532.
              - *Haarburg.* Otto † 1549.
                - Otto † 1603.
                  - Guillielmus † 1642.
                  - Otto † 1641.
              - *Collenſ.* Erneſtus † 1546.
                - *Danneberg.* Henricus † 1598.
                  - Julius Erneſtus † 1636.
                  - Auguſtus † 1666.
                - *Lüneburg.* Guillielmus † 1592.
                  - 1) Erneſt. † 1611.
                  - 2) Chriſtian. † 1633.
                  - 3) Auguſt. † 1636.
                  - 4) Frieder. † 1648.
                  - 5) Magnus † 1632.
                  - 6) Georgius † 1641.
                  - 7) Ioannes † 1628.
      - *Brunſwic.* Henricus † 1416.
        - *Calenb.* Guillielmus Sen † 1482.
          - *Wolfenbütt.* Guillielmus jun. † 1495.
            - *Wolfenbütt.* Henricus Sen. † 1514.
              - Henricus jun. † 1568.
              - Julius † 1589.
              - Henric. Jul. † 1614.
              - Henric. Vlr. vltim. † 1634.
            - *Calenb.* Ericus I. † 1540.
              - Ericus II. † 1584.
        - *Wolfenbüt.* Henricus † 1473.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-314944-p0092-0

dus a
ao. r
vt li
lineis
ſeruat
ſis in
ao. r
non H
& Fr
cum i
At cu
Lünek
conſta
ceden
ac Her
terat
quam
defunc
dualis
perent
midian
conten
potius

dus
ao.
vt li
linei
ſerua
ſis in
ao.
non
& Fr
cum
At cu
Lüne
conſta
ceden
ac He
terat
quam
defunc
dualis
perent
midian
conter
potius

Magni torquati filii, Friedericus, Bernardus ac Henricus terrarum diuiſionem inierunt ao. 1388. ac ſimul pacto inter eos conuenit, vt linea quadam extincta terræ ejus reliquis lineis accreſcerent. Eadem ſuccedendi ratio ſeruata eſt imminente interitu lineæ Gottingenſis in perſona Ottonis coclitis. Conuenit enim ao. 1442. inter Guillielmum Seniorem nec non Henricum lineæ Brunſwicenſis ac Ottonem & Friedericum lineæ Lûneburgenſis vt hi vna cum illis in terris Gottingenſibus ſuccederent, At cum Otto cocles ao. 1463. decederet, linea Lüneburgenſis vna, Brunſwicenſis vero duabus conſtabat perſonis. Quodſi igitur in capita ſuccedendum fuiſſet, Friederico pars Guillielmo ac Henrico duæ partes aſſignandæ fuiſſent. Poterat vero Friedericus, ob vitam monaſticam, quam tunc temporis ſequutus erat, tamquam defunctus conſiderari, ita vt filii ejus, ex gradualis ſuccedendi rationis præceptis, nihil acciperent. Friederici filii nihilominus partem dimidiam terrarum Gottingenſium ſibi competere contendebant; nec ſine ratione, ſed ſummo potius cum jure, agnoſcente id ipſo Guillielmo

ex linea Brunſwicenſi. Partem ipſis debitam haud acceperunt prævalente nimirum potentia ſtirpis Lüneburgenſis, ita vt poſt 50 annos, paruula terra ipſis in remunerationem conceſſa, juri ſuo ao. 1512. renuntiauerint. Hoc caſu quidem non ad vnguem ſeruata eſt linealis ſuccedendi ratio, attamen ex ipſa paruulæ terræ iſtius conceſſione colligere licet, ſtirpem Lüneburgenſem agnouiſſe jus ſuccedendi filiorum Friderici.

Interiit linea Grubenhagenſis morte Philippi II. anno 1595, florente linea Lüneburgenſi ac Brunſwicenſi quarum illa ſtirps ſenior duas lineas Harburgenſem ac Cellenſem, hæc ſtirps junior itidem duas lineas Dannebergenſem ac Lüneburgenſem comprehendebat. Philippus II. Henricum Julium Ducem Brunſwicenſem ſucceſſorem in terris ſuis nominauit, quamuis Otto Harburgenſis ac Henricus Dannebergenſis gradu proximiores eſſent. Mortuo Philippo terras ejus ex voluntate ipſius, occupauit Henricus Julius acriter contra tendente ſtirpe Lüneburgenſi, quæ itidem omnes Philippi terras ſibi tamquam lineæ ſeniori competere con-

contendebat. At ſequuti ſunt omnes linealem ſuccedendi rationem ex præcepto ſententiæ Cæſareæ die 22 Decemb. 1609 latæ quæ tamen demum ao. 1616. partibus innotuit. Guillielmus enim jam ao. 1592. hac luce migrauerat, ita vt filii ejus, eodem proximitatis gradu defuncto juncti eſſent, ac Henricus Julius Dux, vno vero gradu remotiores eſſent ac Otto Harburgenſis & Henricus Dannebergenſis. Nihilominus filii Guillielmi ad ſucceſſionem admittebantur, vi ſententiæ Cæſareæ expreſſe etiam in hos directæ i). Quod quidem ſufficientem probationem continet, ſumma Imperii tribunalia nullam habuere gradus prærogatiuæ rationem in feudis diuiſioni obnoxiis. Mortuo Friderico Ulrico anno 1643. ex præceptis linearis ſuccedendi rationis, Guillielmo ac Ottoni ex linea Harburgenſi pars hereditatis altera vero lineæ Cellenſi competebat; ita vt Julius Auguſtus ac Erneſtus ex linea Dannebergenſi trientem hereditatis, Auguſtus vero nec non Fridericus ac Georgius ex linea Lüneburgenſi itidem trien-

i) Rethmeier Braunſchweig Lüneburgiſche Chronick Theil III, cap. 64. pag. 1252.

